image
not
available

69
6 G
21

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-20-6-76

ZACHARIAE FERRERII VICENT. PONT. GARDIEN.

HYMNI NOVI ECCLESIASTICI
IVXTA VERAM METRI ET
LATINITATIS NORMAM
A BEATISS. PATRE CLAEMENTE
VII. PONT. MAX. VT IN
DIVINIS QVISQVE EIS VTI
POSSIT APPROBATI ET
NOVIS LVDOVICI VICENTINI
AC LAVTITII PERVSINI
CHARACTERIBVS
IN LVCEM TRADITI.
SANCTVM AC NECESSARIVM
OPVS.

BREVIARIVM ECCLESIASTICVM
AB EODEM ZACH. PONT.
LONGE BREVIVS ET FACILIVS
REDDITVM, ET AB OMNI
ERRORE PVRGATVM
PROPEDIEM EXIBIT.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

CLAEMENS PAPA VII.

Venerabili fratri Zacharię Epiſcopo Gardienſi Prælato noſtro domeſtico.

V Enerabilis frater Salutem et apoſtolicam bene=dictionem. Et ſi a teneris annis nobis ſemper cor=di vehementer fuerit bonarum diſciplinarum, ſacrę pręcipue doctrinę exercitia, et in eis ſe cum optimo virtutum odore verſantes omni ſtudio fouere, et ſpe=cialis amoris gratia complecti, id tamen animo noſtro longe vehementius inhæſit poſtq̃ ad ſummum pontifi=catum diuina fauente clæmentia aſſumpti fuimus, quo ſcilicet vna cum chriſti eccleſia ſpiritualis intercedente deſponſationis vinculo omnium chriſtianorum curam ſuſcepimus. Cum itaq; fraternitas tua quę in nos et ſe=dem apoſtolicam fide et deuotione feruens ſemper fuit, et pro eadem ſede nuncium agens in varijs mundi par=tibus et regnis ſtrenue et fideliter laborauit inter tot etiam regendorum populorum curas, et aſſiduas ſolici=tudines, quas geſſit, ita actioni intenta fuerit, vt tamen a diuinorum contemplatione, vti verum Epiſcopum decet, non ſe fecerit alienam, ac ita ſecundę Lię con=iugio ſolicite vſa ſit, vt et formoſę Rachelis fruens am=

plexibus ſacrarum ſcripturarum ſtudijs dulciter et qui=
etę vacauerit, pluraq; in ſacris litteris commentaria,
nuperq; pro diuini cultus ſplendorę hymnos eccleſia=
ſticos varijs omnipotentis Dei, Beatę Marię ſemper
virginis, et plurium ſanctorum diebus feſtis, ac totius
anni circulo, et tempori congruentes, veris metris, ſen=
ſibus, ac latinitatę perſpicuos pro ſuo et fidelium chri=
ſtianorum, peritorumq; præcipuę ſacerdotum, ſolatio
ſpirituali texuerit, et excuſſerit, eosq; vno volumi=
ne congeſtos, et a plęrisq; viris doctis, etiam nonnul=
lis ex fratribus noſtris. S. R. E. Cardinalibus
celebratos nobis et apoſtolicę ſedi dicauerit, ac obtule=
rit, nos animo tenentes in ſacro eloquio ſcriptum eſſę
bonorum laborum glorioſum eſſe fructum, cupientesq;
tot tuę fraternitatis ſtudia fruſtra non eſſe impenſa,
ſed pro communi omnium, pręcipuę peritorum chri=
ſtianorum, fruge, ac spirituali vtilitate in lucem, et pu=
blicam editionem prodire, et in vſum eſſe, Motu pro=
prio, et ex certa noſtra ſcientia, vt quilibet etiam ſa=
cerdos eosdem hymnos etiam in diuinis legerę, et eis
vti poſſit, ac nę quis eosdem hymnos ſub excommuni=
cationis latę ſententię, eo ipso ſubeundę, et ſi in terris

eccleſię fuerit etiam quingentorum ducatorum auri de camera camerę noſtrę apoſtolicę applicandorum pœna ſine tuę fraternitatis licentia infra decennium imprimere audeat tenore preſentium auctoritate apoſtolica concedimus, et mandamus Non obſtantibus conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis, ſtatutis quoq;, et conſuetudinibus quibuslibet, necnon indultis etiam apoſtolicis cuicumq; bibliopolę, ſeu impreſſori conceſſis, de quibus ſpecifica, indiuidua, ac de verbo ad verbum, et nominatim mentio habenda foret, cæteriſq; contrarys quibuscunq;. Dat. Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris ultima Nouembris Millesimo Quingenteſimo Vigesimotertio Pontificatus Noſtri Anno Primo

Euangeliſta.

Marinus Becichemus Scodrenſis Patauinę Academię Rhetor lectori fœlicitatem.

IN ter illuſtres chriſtianę religionis alumnos cœleſte potius, quam humanum eſſe ingenium, et ad optima quæque diuinitus natum, nec ſibi tantum, ſed toti mundo natum arbitror Zacharię Ferrerio, Vicentino sanctę ac nunquam interiturę memorię pontifici, Quippe qui ab ineunte fuit ætate his moribus inſtructus, a quibus olim, quum ſcilicet veri erant chriſtiani, veri etiam erant vertices Chriſti, eorum vita explorabatur, qui ad ſacerdotij decus aſſumendi deligebantur. A teneris enim vnguiculis litterarum ſtudio deditus, omnes ingenuas artes ita didicit, vt nihil attigerit, quod non incredibili fœlicitate facile tranſegerit. In omni enim quum diuinarum tum humanarum ſcientiarum genere præclarus ſiue de diuinis ſiue de humanis ſcribat, ſeu ſit pedeſtris, ſeu ſit ſoluta oratio, omnia ſplendoris grauitatis, dignitatis, et auctoritatis referta citra horrorem, verborumque licentiam, ſtili ſplendor ſine affectatione, grauitas ſine ſudore, dignitas ſine ambitu, omnia ſponte naturę elaborata, et nulla artis ope ſunt artificioſa. Teſtantur id plura

eius monumenta, fœlix in iure pontificio fœtura, ora=
tiones ad max. Pontifices, Senatumq; Ro. ad Si=
giſmundum Sarmatię regem, et magnum Theutoni=
corum magiſtrum et ducem habitę, quos principes vi
eloquentię a cruento, et diuturno bello ad concordiam
magno chriſtiani nominis commodo traxit. Sed et
beatiſſimę in Lutherum Martinum actiones, Qui vt
aliquid ſe valere oſtenderet, vt qui æpheſię templum
Dianę incendit, damnatos et obliteratos priſcorum
errores renouare, atq; ſtabilire inter barbaros, impe=
ritos, et rudes populos cœperat, abunde facundiam, et
ſapientiam Zacharię Pontificis teſtatiſſimam faciunt.
Concremati nanq; publice fuerunt, ipsius regis edicto
Luteriani libri, et in perpetuum editionis iure inter=
dicti. Omitto contiones ipsius in tot eccleſiarum, vrbi=
um, et prouinciarum adminiſtrationibus, quę eiusdem odas
siue hymnos æternitatem proculdubio conſecuturos
haud diſſimulare habeo. Equidem nihil inter chriſtia=
nos legi poetas dulcius, suauius, purius, tersius, niti=
dius. Quam breuis, quam diffuſus, quam in his varius, quam
rotundus, Romana vbiq; ac vetere illa dicendi arte
pleno ſemper alueo fluit, niſi vbi ſe in gyrum de indu=

ſtria vertit. Nihil certe eſt quo vel Momus offenſum dicere queat, niſi hebraicam damnet declinationem, vnamq; et alteram vocem, in quibus eccleſiaſtica myſteriorum ratio nihil omnino mutare patitur. O fœliciſſimum Zacharię ingenium, ſed fœliciorem induſtriam, quem legationes, et adminiſtrationes, quibus eſt defunctus, in ocio litterario ne diem quidem integrum fuiſſe probant. Scripta vero in omni ſtudiorum, et argumentorum genere ſemper inter libros, interq; muſas aſſidue verſatum demonſtrant. Quid meum de hoc opere iudicium vnus, et item alter querunt? Quid me cenſorem faciunt in re, quam non caſtigare, ſed celebrare doctiſſimus quiſq; debet? Equidem in lucem mittere paro, ne dum nimis modeſtus eſſe cupit antiſtes de me benemeritus, de deo, et dei matre virgine, deq; cęteris cœlitibus male meritus videatur, quibus gratias agere quum poſſit, hac ratione debet. Hoſce igitur hymnos in publicum emitto, quum non ſemel illum admonuerim eſſe pontificy officy, et dignitatis eccleſiaſticę eos hymnos edere, editionemq; pro ſalute animarum æquo animo ferre. Vides mi lector quos paſſim canunt in templis hymnos, vti ſunt

omnes fere mendoſi , inepti , barbarie referti, nullaq; pedum ratione nullo ſyllabarum menſu compoſiti , vt ad riſum eruditos concitent , et ad contemptum eccleſiaſtici ritus vel litteratos ſacerdotes inducant ? Litteratos dixi . Nam cęteri qui ſunt ſacri patrimonij heluones ſine ſcientia , ſine ſapientia , ſatis habent vt dracones , ſtare iuxta arcam domini , et more nubium volitare , vitamq; ducere ocioſam ventri , ſomno , luxui , libidiniq; deditam , et pecuniam congregare , qua pietatis inſtitores , et chriſtiani gregis abactores facti , dijs et hominibus pariter fucum faciant , vt neglecta penitus vinea domini in labruſcas degeneret .

Uale.

Ex Patauina Academia Tertio Idus Decembres
M . D . XXIII .

ZACHARIAE FERRERII VICENT. PONTIFICIS GARDIEN. AD. BEATISS. PATREM. CLAEMENTEM. VII. PONT. MAX. IN HYMNOS ECCLESIASTICOS PRAEFATIO.

ſ EO DECIMVS PONT. MAX.

patruelis tuus Clemens beatiſſime quum eſſet rei eccleſiaſticę ſtudioſiſſimus, et ea, qua humanas litteras callebat ſagacitate odas ſiue hymnos quibus in dei Maximi laudes quotidie vtimur a vera latinitate, et metro aberrare perpenderet, adiecit animum, vt vel in melius reformarentur, vel iuxta rectam menſuram et latinitatem excluſa barbarie de nouo excuderentur, idq; oneris meis humeris imponendum cenſuit. Ipse quum ad ſubeundum ſarcinam me imparem agnoſcerem, quantum potui, et licuit obſtiti,

Eccl. i. demumq; fiſus eius auxilio, a quo omnis ſapientia eſt,

Iac. i. et de quo ſcribitur, Si quis indiget ſapientia, poſtulet a deo, qui dat omnibus affluenter, et non improperat, et dabitur ei, prouintiam hanc verenter ſuſcepi, et inter multa agendarum rerum negocia pro viribus adimpleui. Singulos quidem hymnos, prout a me quotidie prodibant, perlegit Leo Pontifex, ac probauit. Verum quum in ſeriem, et in volumen eiſdem minime adhuc redactis ab humanis interea ereptus eſſet, par eſſe duxi, vt qui in eius locum ſuffectus es, quos ille ſimul in vnum codicem congeſtos habe-

re non potuit tu Pater Sanctiſſime haberes, quos
etiam non ſicuti egregium opus aliquod, ſed tanq̃
ſupplicis obedientię munus enixiſſime deprecor pro
tua clæmentia ſuſcipere digneris. Ad obeundum
quoq; id laboris me ſummopere animauit, et impu=
lit, ꝙ qui bona latinitate præditi ſunt ſacerdotes
dum barbaris vocibus Deum laudare coguntur in
riſum prouocati ſacra ſæpenumero contemnunt,
Quod q̃tum damnabile ſit, q̃tumue huic malo obſi=
ſtendum ſit, quilibet aperte nouit. Id autem alio ne=
quaq̃ modo fieri poteſt, q̃ ſi ad latini ſermonis, et
metri congruitatem ſingula reducamus. Sane ſi Dei
maximi ſummam illam Maieſtatem rectis congruiſq;
laudibus attollere poſſumus, cur barbaris ineptiſq; at=
pſalm. tollamus? Bene pſallite domino (inquit propheta)
xxxij. in vociferatione, et pſallite ſapienter, vt bene, con=
grue, apte, et recte, et non inconcinne intelligamus
pſalm. deo eſſe pſallendum. Memini me in Hieronymi re=
xlvi. gula ad virgines, quas ſanctimoniales dicimus, aliquan=
do vidiſſe, vt dum diuinis in eccleſia laudibus incum=
bunt, congrue legant, ne propter barbariſmos, et ſo=
lecismos angelici aſſiſtentes ſpiritus in riſum prouo=

centur, quod potius propter homines peritiores, ꝙ
propter ipſos angelos metaphorice dictum puto, vt
nos ſacerdotes admoneamur ſi ipſi fœminę, in qua hu=
manarum litterarum inſcitia tolerabilior eſt, incon=
grua locutio in diuinis fit deteſtabilis, ꝙto magis id
viro turpe erit, ſacerdotiq; precipue, cuius labia cu=
Mal. ij. ſtodiunt ſcientiam, et legem requirunt ex ore Dei?
Angelus.n.domini exercituum eſt. Nec obijciat quis=
ꝙ teſte Auguſtino, et Gregorio, indignum vehemen=
ter eſſe, vt verba ſacri oraculi ſub Donati regulis
perſtringantur, quoniam non eſſe neceſſarium, et non
congruum id accipiendum eſt. In ſacris.n.litteris in=
decens omnino eſſet, ſi non niſi per Quintiliani, aut
Donati, aut Priſciani authoritatem, et regulam eas
interpretari neceſſe foret, ſanctiq; Spiritus liberta=
tem humanę arti obnoxiam faceremus. Indecens quo=
q;, et ab omni ratione alienum eſt, ſi quum ille ſecun=
dum latinorum traditiones, congruumq; ſcribendi mo=
dum recte, ac syncere traduci, veraq; latinitas et nor=
ma in diuinis haberi poſſint, nos barbariem, ac inſulſam
orationem amplectamur. Si enim gemmam precioſiſ=
ſimam auro valemus claudere, cur plumbo, cur auri=

calcho, aut alio inferioris metalli genere circundabimus? Si reginam ſpecioſiſſimam, omniumq; ſcientiarum

Prou. rum principem, quę ad arcem ancillas vocari iuſſit,

ix. auro et ſerico indutam, gemmis quoq; ac margaritis ornatam habere datur, cur pannoſam et vili circumamictam tunica ſuſcipiemus? Hoc quisq; ſapiens, vel etiam rationis compos et arbitretur, et iudicet. Magi

Matth. Redemptori noſtro in cunabulis adhuc degenti auri et

ij. argenti munera obtulerunt, vt myſtice intellecta, iuxta patrum teſtimonia ſiue aurum ſapientię, ſiue argentum humanę eloquentię accipiamus. Quare igitur

Exo. Deo in myſtico eccleſię tabernaculo pelles, aut ca-

xxxvj. prarum pilos offeramus, ſi aurum, ſi argentum habemus, quod ſupplices dedicemus? Habent et cęterę linguę ſuas traductiones vnanquamq; iuxta earum proprium idioma in nullo a recto dicendi genere diſcrepantem, ſicuti grgci ſacras ſcripturas de hebraico translatas. Habent et hebręi, et chaldęi adamuſſim ſacra volumina quum ſoluta oratione, tum metro ſecundum illius linguę propriam rationem pleno fonte manantia, nosq; latini cęteris omnibus in ſacris ſuę linguę puritate ac candore vtentibus, ſoli barbarizabimus,

et a recto dicendi tramite, quum is facile teneri poſ=
ſit, ſoli deuiabimus? Magna pars libri Iob perſpicuis
hexametris hebraice decurrit. Quid de tetricis Re=
gis Dauidis Psalmis? Quid de Salomonis libris ali=
quot? Quid de Hieremię Trenis dicemus? Quid
redolent et Moſis, et Marię, et Delborę, et An=
nę et Ezecię Regis, et Iudith, ipſiusq; Eſaię car=
mina ſecundum et hebraicum Idioma, et metricas regu=
las, niſi illius linguę nitorem, et poeticam congruita=
tem, ſplendoremq; clariſſimum, quam poetices artem
inter cęteras nationes apprime callebant hebręi? Pro=
fecto ſi proſam ſuas habere partes decet, quanto magis
poeticam ipſam, quę et diuina, et deo ita propinqua eſt,
vt tanq̄ mentis armonia quędam pium ac perſpicacem
animum tanta ſuauitate in cœleſtia euehat in ſummumq;
authorem accendat, vt quandoq; etiam futura pro=
ſpicere, et prędicere, indeq; vates appellari faciat?
Hanc vero hymnorum editionem eo luculentiori ſtylo
ac facilitate contexere conatus ſum, quo ab vniuerſis,
ſaltem eruditis, ipſa etiam celeri lectione clare in=
telligantur, vt in diuinis laudibus mens et labia inui=
cem (vt par eſt) facile concordent, quanq̄ omnem

barbariem paucis hebręorum vocabulis exceptis, in quibus ſacrę authoritati deferre volui prorſus euitauerim. Horum pręcipuos iuxta quorundam ex antiquis hebręorum vatum conſuetudinem ſeruato per ſingula metrorum capita alphabeti ordine exaraui, vt et magis feſti dies ab alijs diſcerni, et carmina ipsa facilius memorię commendari poſſint, Quę omnia ſummo rerum omnium authori pro meę ſeruitutis officio, et peccatorum expiatione vti holocauſtum mundum ſupplex offero, tuęq; pater beatiſſime, et apoſtolicę ſedis cenſurę poſt beatorum pedum oſcula veneranter ſubijcio.

Dat. Romę. vj. Calendas Decembres fœlici tuę Coronationis die. M. D. XXIII.

In aduentu: D n. Ieſu Chriſti hymnus. folio i

In die feſto Natalis et circunciſionis Chriſti. fo. iii

In die feſto Epiphanię. fo. v

In die feſto Virginę Purificationis quod hypopante dicitur. fo. vij

In ſacro quadragenario Ieiunio. fo. ix

In tempore agonis et mortis Chriſti, ſeu dominico die, qui de paſſione dicitur. fo. xi

In die feſto Reſurrectionis Chriſti, et paſchali tempore. fo. xiij

In die feſto Aſcenſionis Chriſti. fo. xvi

In die feſto pentecoſtes. fo. xviij

In die feſto Euchariſtię. fo. xx

In diebus feſtis beatę Marię virginis. fo. xxij

In die feſto ſanctę et indiuiduę Trinitatis. fo. xxiiij

In die feſto Tranſfigurationis Chriſti. fo. xxvi

In diebus feſtis inuentionis et exaltationis ſanctę crucis. fo. xxvij

In diebus feſtis Michaelis Archangeli et omnium beatorum Spirituum. fo. xxviij

In Natali Ioannis Baptiſtę pręcurſoris Chriſti. fo. xxx

In die feſto Apoſtolorum Petri et Pauli. fo. xxxij

In die feſto Andreę apoſtoli. fo. xxxiij

In die feſto Iacobi Zebedęi apoſtoli. fo. xxxiiij

In diebus feſtis Ioannis Euangeliſtę. fo. xxxv

In die feſto Thomę apoſtoli. fo. xxxvi

In die feſto Philippi et Iacobi apoſtolorum. fo. xxxvij

In die feſto Barptholomei apoſtoli. fo. xxxviij

In die feſto Matthei apoſtoli. fo. xxxix

In die feſto Simonis et Iudę apoſtolorum. fo. xli

In die feſto Matthię apoſtoli. fo. xlij

In die feſto Lucę Euangeliſtę. fo. xliij

In die feſto Marci Euangeliſtę. fo. xliiij

In die feſto Marię Magdalenę. fo. xlv

In die feſto Stephani protomartyris. fo. xlvij

In die feſto Laurentij martyris fo. xlvij

In die feſto Gregorij papę. fo. xlix

In die feſto Ambroſij Pontificis. fo. l

In die feſto Auguſtini pontificis. fo. li

In die feſto Hieronymi presbyteri. fo. liij

In die feſto Dionyſij pontificis Ruſtici et Eleutherij martyrum. fo. liiij

In die feſto Martini pontificis. fo. lv

In die feſto Baſilij pontificis. fo. lvi

In die feſto Benedicti abbatis. fo. lvij

In die feſto Dominici prędicatorum inſtitutoris. fo. lix

In die feſto Franciſci minorum fratrum inſtitutoris. fo. lxij

In die feſto Vgonis Liconien. Pontificis ex ordine Carthuſien. fo. lxiij

In die feſto Thomę Aquinatis ordinis prędicatorum. fo. lxvi

In die feſto omnium ſanctorum, quod pantheon dicitur. fo. lxviij

In dedicatione Templi. fo. lxix

In diebus feſtis apoſtolorum, et ſeptuaginta duorum diſcipulorum Chriſti, ac in eorum per orbem diuiſione. fo. lxxi

In diebus feſtis vnius martyris. fo. lxxiij

In diebus feſtis plurium martyrum. fo. lxxiiij

In diebus feſtis Confeſſorum Pontificum. fo. lxxv

In diebus feſtis minorum Confeſſorum. fo. lxxvi

In diebus feſtis vnius Virginis et Martyris. fo. lxxvij

In diebus feſtis plurium Virginum et Martyrum. fo. lxxix

In diebus feſtis vnius Virginis non martyris. fo. lxxx

In diebus feſtis nec Virginis nec martyris. fo. lxxxi

In diebus Dominicis.	fo.	lxxxiij
In die Lunę.	fo.	lxxxv
In die Martis.	fo.	lxxxvij
In die Mercurij.	fo.	xc
In die Iouis.	fo.	xcij
In die Veneris.	fo.	xciiij
In die Sabbato.	fo.	xcvi
Omni tempore Hora diei prima.	fo.	xcvij
Hora diei tertia.	fo.	xcix
Hora diei ſexta.	fo.	xcix
Hora diei nona.	fo.	c
In ſero diei.	fo.	c
De beata Maria Virgine prima tertia ſexta et nona diei hora, et in ſerò diei.	fo.	ci

In die feſto Caſimiri confeſſoris ex Regibus Poloniȩ. fo. ciij

In die feſto vnius Martyris non Virginis. fo. cvi

In die feſto Innocentium infantiũ. fo. cviij

In decollatione Ioannis Baptiſtȩ. fo. cix

De Cathedra et Vinculis Petri Apoſtoli. fo. cx

In Conuerſione et Commemoratione Pauli Apoſtoli. fo. cxij

In die feſto Agnetis virginis et martyris. fo. cxiij

ZACHARIAE FERRERII VICENT.
PONTIFICIS GARDIEN.

Hymni noui Eccleſiaſtici
a Beatiſſimo Patre
CLAEMENTE. VII. PONT. MAX.
vt in diuinis quiſq; eis vti poſſit
approbati.

IN ADVENTV. D. N. IESV CHRISTI

Sapphicum Alphabeticum.

In ve-ſpere. AXE *de ſummo veniens ſupernum*
C *arne ſuſcepta ſine labe verbum*
F *ert vt hoc ſacrum recolamus amplo*
C *armine tempus.*
B *ella, quę multo repetita marte*
I *ntulit noſtro generi vetuſtum*
C *rimen, aduentus, pietasq; tanti*
N *uminis aufert.*
C *oncupiſcebat caro noſtra contra*
S *piritum telo feriens acuto*
C *orda, ſit verbum caro, ſicq; mira*
A *rte medetur.*

D etulit noxę medicamen aptum
S ponte deſcendens velut imber intra
V ellus, vt clari Gedeonis acta
V aticinantur.

E ſt ſacer venter niueę puellę
V ellus, eſt imber ſoboles perennis
P atris. Hoc virgo madeſis, et alma
C oncipis aluo.

F œtus, vt naſci libuit, repleuit
R ore cęleſti ſolymos penates
S icut in quandam pariente preſſus
V irgine concham.

G entium enixa genitrice fines
T exit, vt mire pluuia liquenti
A rea impletur remanente prorſus
V ellere ſicco.

Media nocte. H actenus dulci ſine ſpe fruendi
O re diuino, ſuperumq; menſis
V iximus. Spes eſt modo poſſidendi
L imina diuum.

I nduit ſerui dominus figuram,
S e exinaniuit moriturus vltro,

Vt triumphata nece ſeruitutem
Tolleret omnem.
Allidus ſerpens hominem ſuperbo
Subiugans aſtu ſuperatur (o res
Magna) ſub miti fragiliq; noſtrę
Tegmine formę.
Legis antiquę decuit volumen
Sub figurarum ratione claudi,
Quum deus noſtram effigiem recepit
Aethere lapſus.
Mentis in noſtrę penetrale limen
Alter aduentus domini relaxat
Criminum nexus, charitumq; prębet.
Myſtica dona.
Nunc fit interna meditatione,
Eucharyſtię modo ſumptione,
Et modo ingenti ſcelerum dolore
Pręteritorum.
Occulit vitam, reteg itq; mortem
Alter aduentus tacitas per vmbras
Fur velut, ſoluens inopinus illa
Vincula carnis.

P rimus in noſtram ſpeciem, ſecundus
E ſt in amplexus animę fidelis,
T ertius vitę reſolutionem
I mperat eſſe.
Q uartus extremum veteri tremendus
S æculo finem facit. Innocentes
M unerat cęlo, nocuosq; damnat
I gne perenni.
R urſus ad primum redeamus ergo,
C uius optatam celebrare lucem
N unc iuuat, per quem rediere mundo
A urea ſęcla.
In aurora. *S upplices olim cecinere vates*
H anc diem, doctę memorant ſibyllę,
A nxij toto cupiere priſci
P ectore patres.
T u dei proles veniens in aluum
F œminę nobis ſimilis, fuiſti
E t dei, et noſtri medium, quod apte
I unxit vtrosq;.
V ita tu ſęcli pereuntis, ęgro
T u ſalus orbi, via deuianti,

D ux vago, feſſo requies, lucerna
C ecucienti.
X erio Moly medicans acerbo
V ulneri, quo nos iaculauit hoſtis
C hriſte donauit tua ſoſpitate
D extera cunctos.
Y dria viui laticis fugaſti
T u ſitim noſtram, veluti benigne
T e ſpopondiſti nurui daturum
S amaritanę.
Z euſis vt facta eſt hominis, deiq;
H oc tuo aduentu pie liberator
G entium, ſic nos dato Trinitatis
N oſcere fœdus.

I n die feſto Natalis, et Circunciſionis Chriſti,
Sapphicum Alphabeticum.

In vesſpere. ANTEQVAM mundus fieret manebat
V nicum ex vno genitore verbum
C um deo æqualis deus, abſq; fine,
P rincipioq;.

Binus at nuſq̃ deus eſt, ſed vnus
Cum patre eſt verbum deus. Hunc perenni
Quod parens edat geneſi, vocauit
Pagina natum.
Cuncta que exiſtunt genitor per ipſum
Fecit, et prorſus nihil absq; nato
Et ſub, et ſupra glacialis orbis
Vertice finxit.
Dum ſub antiquo ſceleris reatu
Languet humanum genus ex olympi
Sedibus terras adiens ſubiuit
Virginis aluum.
E deo nil diminuendo, noſtros
Induit vultus, geminasq; nectit
Ille naturas operante mire
Flamine ſancto.
Fauſta que tantum meruit puella
Pignus intacto generare ventre,
Edere, amplecti, gremio fouere,
Paſcere mammis,
Gaudeant omnes populi, e pudico
Viſcere aſſumptis ſine labe noſtris

Menteq; et membris hodie ſalutis
Naſcitur author.
Hanc diem ſupra reliquas beatam,
Atq; fœlicem recolamus vna,
Qua deo noſtras oriente cœpit
Tergere noxas.
Media nocte. Iuerant virgo, ſociusq; Ioſeph
Bethleem, et pleno veniente fœtu
Subter incuruę tegumenta rupis
Procubuere.
Kalpe et obſcurus tegitur tenebris,
Et caper Phœbo comes it, morantur
Inter orandum, & tacitam quietem
Gaudia partus.
Labitur cœlum interea ſereno
Sydere, vt clauſa genitricis aluo
Prodit in lucem medias per vmbras
Fulgidus infans.
Mater infantem venerata pannis
Voluit, et ſupplex leuat, et reclinat
Læta præſepi bouis ac aſelli
Blanda ſub ora.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

N uncius ſummo veniens ab axe
N octe paſtores monet excubantes
V iſere exortum puerum ſub atro
F ornice ſaxi.

O rdo cœleſtis cecinit cateruę
G loriam late ſuper aſtra diuis,
E t ſuper terras homini faturam
V ndiq; pacem.

In au= rora. P rincipes Stella duce de ſabæis
F inibus cœlo moniti tulere
M unera, et nati recubantis vltro
N umen adorant.

Q uælibet legis monumenta ſeruans
S e, licet nullo nocuum reatu,
P aſſus eſt circum pudibunda cędi
M ore vetuſto.

R egis Herodis feritas vt audit
A magis natum dominum, necari
P aruulos mandat, miſerę queruntur
P ignora matres.

S æuit immani quoq; atrocitate
I n ſuos, quos et rabie furenti

Iuſſit occidi (dominandi inheſit
Tanta cupido)
Tunc ab excelſo ſolio per ipsa
Somnia edoctus fugit, et parentem
Mox in Ægiptum, teneramq; prolem
Seruat Ioſeph.
Vt frui vita truculentus hoſtis
Deſinit, ductis puero, piaq;
Matre iucundos redit ad penates
Æthere iuſſus:
Xyſta per quędam veluti legentes
Floſculos Chriſte, interiora tempe
Nec quaſi ingreſſi, ſerimus tuarum
Stemmata laudum.
ϐ Yppopanthęos celebres honores
Tunc tibi ardenti ſtudio canemus,
Quando ſolenni pia nominabunt
Februa menſem.
Zelus in nobis tuus eſt, & alto
Carmine optamus tua prędicare
Geſta, ni vires hebetudo mentis
Reddat inertes.

In die feſto Dionyſij pontificis Ruſtici et Eleutherij martyꝝ. fo. liiij

In die feſto Martini pontificis. fo. lv

In die feſto Baſilij pontificis. fo. lvi

In die feſto Benedicti abbatis. fo. lvij

In die feſto Dominici prędicatoꝝ inſtitutoris. fo. lix

In die feſto Franciſci minorum fratrum inſtitutoris. fo. lxij

In die feſto Vgonis Iiconieñ Pontificis ex ordine Car=thuſieñ. fo. lxiij

In die feſto Thomę Aquinatis or=dinis prędicatorum. fo. lxvi

In die feſto omnium ſanctorum, quod pantheon dicitur. fo. lxviij

In dedicatione Templi. fo. lxix

In diebus feſtis apoſtolorum, et ſeptuaginta duorum diſcipulorum Chriſti, ac in eorum per orbem diuiſione. fo. lxxi

In diebus feſtis vnius martyris. fo. lxxiij

In diebus feſtis plurium martyrum. fo. lxxiiij

In diebus feſtis Confeſſorum Pontificum. fo. lxxv

In diebus feſtis minorum Confeſſorum. fo. lxxvi

In diebus feſtis vnius Virginis et Martyris. fo. lxxviij

In diebus feſtis plurium Virginum et Martyrum. fo. lxxix

In diebus feſtis vnius Virginis non martyris. fo. lxxx

In diebus feſtis nec Virginis nec martyris. fo. lxxxi

In diebus Dominicis. fo. lxxxiiij
In die Lunę. fo. lxxxv
In die Martis. fo. lxxxvij
In die Mercurij. fo. xc
In die Iouis. fo. xcij
In die Veneris. fo. xciiij
In die Sabbato. fo. xcvi
Omni tempore Hora diei prima. fo. xcvij
Hora diei tertia. fo. xcix
Hora diei ſexta. fo. xcix
Hora diei nona. fo. c
In ſero diei. fo. c
De beata Maria Virgine prima tertia ſexta et nona diei hora, et in ſerò diei. fo. ci

In die feſto Caſimiri confeſſoris ex Regibus Polonię. fo. ciiij

In die feſto vnius Martyris non Virginis. fo. cvi

In die feſto Innocentium infantiū. fo. cviij

In decollatione Ioannis Baptiſtę. fo. cix

De Cathedra et Vinculis Petri Apoſtoli. fo. cx

In Conuerſione et Commemoratione Pauli Apoſtoli. fo. cxij

In die feſto Agnetis virginis et martyris. fo. cxiiij

ZACHARIAE FERRERII VICENT.
PONTIFICIS GARDIEN.

Hymni noui Eccleſiaſtici
a Beatiſſimo Patre

CLAEMENTE. VII. PONT. MAX.

vt in diuinis quiſq; eis vti poſſit
approbati.

IN ADVENTV. D. N. IESV CHRISTI

Sapphicum Alphabeticum.

In veſpere. AXE *de ſummo veniens ſupernum*
Carne ſuſcepta ſine labe verbum
Fert vt hoc ſacrum recolamus amplo
Carmine tempus.

Bella, quę multo repetita marte
Intulit noſtro generi vetuſtum
Crimen, aduentus, pietasq; tanti
Numinis aufert.

Concupiſcebat caro noſtra contra
Spiritum telo feriens acuto
Corda, ſit verbum caro, ſicq; mira
Arte medetur.

D

Detulit noxę medicamen aptum
Sponte deſcendens velut imber intra
Vellus, vt clari Gedeonis acta
Vaticinantur.

Eſt ſacer venter niueę puellę
Vellus, eſt imber ſoboles perennis
Patris. Hoc virgo madeſis, et alma
Concipis aluo.

Fœtus, vt naſci libuit, repleuit
Rore cęleſti ſolymos penates
Sicut in quandam pariente preſſus
Virgine concham.

Gentium enixa genitrice fines
Texit, vt mire pluuia liquenti
Area impletur remanente prorſus
Vellere ſicco.

Media nocte. *Hactenus dulci ſine ſpe fruendi*
Ore diuino, ſuperumq; menſis
Viximus. Spes eſt modo poſſidendi
Limina diuum.

Induit ſerui dominus figuram,
Se exinaniuit moriturus vltro,

Vt triumphata nece ſeruitutem
Tolleret omnem.
Kallidus ſerpens hominem ſuperbo
Subiugans aſtu ſuperatur (o res
Magna) ſub miti fragiliq́ noſtræ
Tegmine formæ.
Legis antiquæ decuit volumen
Sub figurarum ratione claudi,
Quum deus noſtram effigiem recepit
Aethere lapſus.
Mentis in noſtræ penetrale limen
Alter aduentus domini relaxat
Criminum nexus, charitumq́ præbet.
Myſtica dona.
Nunc fit interna meditatione,
Eucharistiæ modo ſumptione,
Et modo ingenti ſcelerum dolore
Præteritorum.
Occulit vitam, retegitq́ mortem
Alter aduentus tacitas per vmbras
Fur velut, ſoluens inopinus arcta
Vincula carnis.

P rimus in noſtram ſpeciem, ſecundus
E ſt in amplexus animę fidelis,
T ertius vitę reſolutionem
I mperat eſſe.
Q uartus extremum veteri tremendus
S æculo finem facit. Innocentes
M unerat cęlo, nocuosq; damnat
I gne perenni.
R urſus ad primum redeamus ergo,
C uius optatam celebrare lucem
N unc iuuat, per quem rediere mundo
A urea ſęcla.
In aurora. S upplices olim cecinere vates
H anc diem, doctę memorant ſibyllę,
A nxij toto cupiere priſci
P ectore patres.
T u dei proles veniens in aluum
F œminę nobis ſimilis, fuiſti
E t dei, et noſtri medium, quod apte
I unxit vtrosq;.
V ita tu ſęcli pereuntis, ęgro
T u ſalus orbi, via deuianti,

D ux vago, feſſo requies, lucerna
C æcutienti.
X erio Moly medicans acerbo
V ulneri, quo nos iaculauit hoſtis
C hriſte donauit tua ſoſpitate
Dextera cunctos.
Y dria viui laticis fugaſti
T u ſitim noſtram, veluti benigne
T e ſpopondiſti nurui daturum
S amaritanę.
Z euſis vt facta eſt hominis, deiq;
H oc tuo aduentu pie liberator
G entium, ſic nos dato Trinitatis
N oſcere fœdus.

I n die feſto Natalis, et Circunciſionis Chriſti, Sapphicum Alphabeticum.

In ve- ſpere. A N T E Q V A M mundus fieret manebat
V nicum ex vno genitore verbum
C um deo æqualis deus, absq; fine,
P rincipioq;.

B inus at nuſq̃ deus eſt, ſed vnus
  C um patre eſt verbum deus. Hunc perenni
  Q uod parens edat geneſi, vocauit
    P agina natum.
C uncta quę exiſtunt genitor per ipsum
  F ecit, et prorſus nihil absq; nato
  E t ſub, et ſupra glacialis orbis
    V ertice finxit.
D um ſub antiquo ſceleris reatu
  L anguet humanum genus ex olympi
  S edibus terras adiens ſubiuit
    V irginis aluum.
E deo nil diminuendo, noſtros
  I nduit vultus, geminasq; nectit
  I lle naturas operante mire
    F lamine ſancto.
F auſta quę tantum meruit puella
  P ignus intacto generare ventre,
  E dere, amplecti, gremio fouere,
    P aſcere mammis,
G audeant omnes populi, e pudico
  V iſcere aſſumptis ſine labe noſtris

Menteq; et membris hodie ſalutis
Naſcitur author.
Hanc diem ſupra reliquas beatam,
Atq; fœlicem recolamus vna,
Quæ deo noſtras oriente cœpit
Tergere noxas.
Media noĉte. Iuerant virgo, ſociusq; Ioſeph
Bethleem, et pleno veniente fœtu
Subter incuruę tegumenta rupis
Procubuere.
Kalpe et obſcurus tegitur tenebris,
Et caper Phœbo comes it, morantur
Inter orandum, & tacitam quietem
Gaudia partus.
Labitur cœlum interea ſereno
Sydere, vt clauſa genitricis aluo
Prodit in lucem medias per vmbras
Fulgidus infans.
Mater infantem venerata pannis
Voluit, et ſupplex leuat, et reclinat
Læta præſepi bouis ac aſelli
Blanda ſub ora.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Nuncius ſummo veniens ab axe
Nocte paſtores monet excubantes
Viſere exortum puerum ſub atro
Fornice ſaxi.
Ordo cœleſtis cecinit cateruę
Gloriam late ſuper aſtra diuis,
Et ſuper terras homini futuram
Vndiq; pacem.
In *au=* *Principes Stella duce de ſabęis*
rora. *Finibus cœlo moniti tulere*
Munera, et nati recubantis vltro
Numen adorant.
Quælibet legis monumenta ſeruans
Se, licet nullo nocuum reatu,
Paſſus eſt circum pudibunda cędi
More vetuſto.
Regis Herodis feritas vt audit
A magis natum dominum, necari
Paruulos mandat, miſerę queruntur
Pignora matres.
Sæuit immani quoq; atrocitate
In ſuos, quos et rabie furenti.

I uſſit occidi (dominandi inheſit
T anta cupido)
T unc ab excelſo ſolio per ipsa
S omnia edoctus fugit, et parentem
M ox in Ægiptum, teneramq; prolem
S eruat Ioſeph.
V t frui vita truculentus hoſtis
D eſinit, ductis puero, piaq;
M atre iucundos redit ad penates
Æthere iuſſus:
X yſta per quedam veluti legentes
F losculos Chriſte, interiora tempe
N ec quaſi ingreſſi, ſerimus tuarum
S temmata laudum:
Y ppopantheos celebres honores
T unc tibi ardenti ſtudio canemus,
Q uando ſolenni pia nominabunt
F ebrua menſem.
Z elus in nobis tuus eſt, & alto
C armine optamus tua predicare
G eſta, ni vires hebetudo mentis
R eddat inertes.

Nuncius ſummo veniens ab axe
Nocte paſtores monet excubantes
Viſere exortum puerum ſub atro
Fornice ſaxi.
Ordo cœleſtis cecinit caterue
Gloriam late ſuper aſtra diuis,
Et ſuper terras homini futuram
Vndiq; pacem.
In aurora. Principes ſtella duce de ſabeis
Finibus cœlo moniti tulere
Munera, et nati recubantis vltro
Numen adorant.
Quælibet legis monumenta ſeruans
Se, licet nullo nocuum reatu,
Paſſus eſt circum pudibunda cædi
More vetuſto.
Regis Herodis feritas vt audit
A magis natum dominum, necari
Paruulos mandat, miſere queruntur
Pignora matres.
Sæuit immani quoq; atrocitate
In ſuos, quos et rabie furenti

I uſſit occidi (dominandi inhęſit
T anta cupido)
T unc ab excęlſo ſolio per ipſa
S omnia edoctus fugit, et parentem
M ox in Ægiptum, teneramq; prolem
S eruat Ioſeph .
V t frui vita truculentus hoſtis
D eſinit, ductis puero, piaq;
M atre iucundos redit ad penates
Æthere iuſſus :
X yſta per quędam veluti legentes
F loſculos Chriſte, interiora tempe
N ec quaſi ingreſſi, ſerimus tuarum
S temmata laudum .
h Yppopanthęos celebres honores
T unc tibi ardenti ſtudio canemus ,
Q uando ſolenni pia nominabunt
F ebrua menſem .
Z elus in nobis tuus eſt, & alto
C armine optamus tua prędicare
G eſta, ni vires hebetudo mentis
R eddat inertes.

Qui ſupra mundi gelidum cacumen
Vnus es diuum deus, atq; trinus
Hac die immenſa pietate noſtris
Annue votis.

In die feſto Epiphaniæ Choriambicum
Alphabeticum.

In veſpere.

Apparens hodie viſibilis deus
Natus de Maria perpete virgine
Tres reges arabum ſtemmate ſplendidos
Traxit sydere præuio.
Balaamo a veteri ducere originem
Hos multi referunt, qui iubar aſſerit
Venturum e populo, cui dedit Iſrael
Ortus, atq; vocabula.
Cum de syderibus ſumma peritia
His eſſet, magis verior indidit
Ar illis nitidum nomen, et inclytam
Famam tempore quolibet.
Diuino moniti lumine, et ætheris
*Aſtro percipiunt *ꝗ* puer editus*

Eſſet, qui ſolymos, cunctaq; climata
Recturus foret vt deus.
Exurgunt igitur. Sunt dromedarij
Præſto, qui celeri munera deferant
Greſſu, ſunt famuli, turbaq; maxima,
Et carpunt iter illico.
Feſtinant. Loca iudaica circuunt.
De nato puero et principe quæritant.
Qua naſci decuit flamen et auſpices
Docti plenius indicant.
Media nocte. Gauiſi cito bethlemica compita
Luſtrant. Stelliferum lumen vt antea
Cernunt, quod pueri tecta latentia
Fixo fulgure prodidit.
Huc læti ſubeunt, maxima gaudia
Intrantes faciunt; atq; ſub infimo
Tecto cum genito degere virginem
Inuenere puerperam.
Inclinant genua, et corpore procidunt,
Infantem triplici munere flaminem,
Et regem, atq; deum firmiter aſtruunt
Ore, et pectore ſupplici.

Kauere in reditu viſere perfidum
Herodem moniti numine celico,
Qui regni cupidus fraude parauerat
Chriſtum tradere funeri.
Litem nam cupiens tollere quamlibet
De ſceptro perimi iuſſit in omnibus
Illis limitibus poſt ea paruulos,
Quos et traxit ab vbere.
Matres aſſiduo paruula pignora
Fleuerunt gemitu, Fleuit et anxia
Rachel quos tenero viſcere filios
Eſt enixa ſuperſtites.
Noctu dum recubans ipse nutricius
Dormit inſtruitur celitus, vt petat
Ægyptum fugiens iuſſa tyrannica
Cum nato genitriceq;.
In aurora. *O quantum celebris ſemper is eſt dies,*
Quo chriſtus deus eſt regibus agnitus,
Quo tingi voluit fumine myſtico,
Quo mutat latices mero.
Primum connubÿ fœdera comprobat
Hac luce, et celebrat doride nuptias

Mutata, in melius priſtina denotans
Conuerti modo ſecula.
Quisquis de ſuperis cogitat vſpiam
Credat præcipuis laudibus hanc diem
Dignam, qua fidei ſunt duo maxima
Sacra oſtenſa fidelibus.
Ritus hi gemini deniq;, ſcilicet
Baptiſsimus fluuij, coniugium quoq;
Sunt hi, qui generant corpore, ſpiritu
Chriſto ſub patre quoslibet,
Sit patri imperium, gloria filio,
Virtus ſpiritui, æternaq; claritas,
Qui tres ſub parili fœdere numinis
Regnant ſecla per omnia.

In die feſto Virginee Purificationis quod hypopante dicitur Sapphicum Alphabeticum.

In veſpere. AD QVATER deni ſpatium diei
Creuerat partus. Venerata legem
Virgo ſe (quanq; macula careret)
Purificauit.

B aiulat natum ſolymas ad ædes,
E t deo ſiſtit geminis columbis
Rite donatis ibi, ſiue mauis
Turture bino.
C anus, et multo decoratus æuo
H uc polo forſan properare iuſſus
N ouit infantem Symeon, et inter
S uſtulit vlnas.
D octus alego reſonare verſu
D ulce iucundo cecinit palato
C armen, et tali ſerie verenda
O ra reſoluit.
E cce dimittis modo me quietum
O pater, ſicut fueras locutus,
I amq; tranquilla ſinis hanc ſenectam
V iuere pace.
F uncta ſunt grandi mea nanq; dono
L umina optatos ſpeculata vultus
H os ſalutaris, populo quod omni
A nte paraſti.
G entibus late iubar hoc reuelas,
Q uod peregrinas modo nationes

Vndiqꝫ illuſtrans erit Iſraelis
Gloria plebi.
Hinc et in matrem ſua verba flectens
Dixit. O virgo puer in ruinam
Iſte multorum manet, et leuamen
Gente in hebrea.
Ipſe erit ſignum quoqꝫ, cui frequenti
Mundus obſtabit laceratione,
Et tuam curę fodient acuta
Cuſpide mentem.

Media nocte. ¶Kalluit tantam prope viſionem
Anna, quę magno Phanuele nata
Et diu, et noctu Salomonis intra
Phana manebat.
Limine e ſancto minime recedens
Hęc anus ſacris precibus vacabat,
Tumqꝫ vulgauit fragili ſalutem
Affore mundo.
Mira quę vates ſimul aſtruebant
Corde verſabat generoſa virgo,
Et minutatim memori tenebat
Pectore cuncta.

N azareth, poſtq̄ ſolito litata
H oſtia eſt ritu, redit, et beatum
N utrit infantem comitante Ioſeph
N umine plena.
O mnibus ſenſim puer at diebus
G ratia creſcens, ſophiaq; coram
E t deo et mundo teneris in annis.
P roficiebat.
P ropter hoc nemo tamen arbitretur,
V t dei proles aliquando maior,
S eu minor quicq̄ fuerit decenti
Proprietate.
Q uippe nec quicq̄ magis ille creuit
D otibus mentis, viridi ſed æuo
G randior, de ſe quoq; grandiora
E fficiebat.
In aurora. R eddit, vt bis ſex tetigiſſet annos,
C orda doctorum tremebunda, quando
L egis et vim, difficilesq; nodos
D iſcutit omnes.
S ancta quæſiſti genitrix latentem
F ilium trina gemebunda luce

Tunc, et in templo reperis profunda
Senſa docentem.
Te dei intactam colimus parentem
Ergo, quę æternum decus attuliſti,
Et genus noſtrum ſuper omne cœlum
Magnificaſti.
Vndiq; ardentes faculas per orbem
In tuas laudes hodie dicamus,
Quod deum nobis, hominemq; verum
Progenuiſſes.
Xiphius ſplendor genitale numen
Fert, et humanam noua cæra formam,
Lychnus albeſcens animam figurat
Immaculatam.
hYmnicis vt te veneramur odis
Virgo, ſic prono rogitamus ore
Sis apud natum ſtudioſa nobis
Conciliatrix.
Zeugmatis veri deus vnitate
Trine, tu nati genitor ſuperni,
Nate tu verbum patris, ex vtroq;
Spiritus exis.

In ſacro quadragenario
Ieiunio Sapphicum
Alphabeticum.

In veſpere.

AMBITV et luxu magis abſtinendi
Tempus acceſſit modo, quod ſalutis
Sub quadraginta numero dierum
Tradidit author.
Bacchus abſcedat, Venus ingemiſcat,
Nec iocis vltra locus eſt, nec eſcis,
Nec maritali thalamo, nec vlli
Ebrietati:
Clauditur ventri ingluuies voraci,
Clauditur linguę labium loquaci,
Iamque de verbis abigunt ſalaces
Seria nugas.
Deſinant riſus, veniantque fletus,
Iam theatrales procul eſte ludi.
Ite comœdi procul, et tragœdi
Ite profani.
Exulent faſtus, nitidique cultus,
Luteę pallę, polymita veſtis,

Purpura, et coccus, rutilæq; gemmę, et
Aurea torques.
Fulcra, et aulæa effigiata nullum
Fulciant phanum. Viduata templa
Sint tuba, et ſiſtro, cytharam, lyramq;, et
Organa claudant.
Gaudia in luctus abeant amaros,
Veſtiat ſaccus cilicinus artus,
Diluat mœror ſcelerum reatus
Complicitorum.
Hæreant terrę facies, et ora,
Atq; pœnarum meditatione
Horrida, e cœlo veniam dolenti
Corde precentur.
Media nocte. Iudicis frontem paueas tremendam;
Cogita abſtruſam properantis horam
Mortis, et diri phlegethontis ignes
Mente reuoluas:
Calle q̃ ſtricto, et rigido, petantur
Sydera, et quantum facili meatu
Itur in nigras herebi paludes
Sæpe memento.

Lucis amiſſum radium ſupernę
Quærita, qui te Cynoſura tanq̃
Per mare incertum patrias ad oras
Ducat olympi.
Mox vt agnoris iubar hoc caueto,
Vt nec in dextram magis, aut ſiniſtram
Forte declines, gradiare ſemper
Tramite recto.
Nil ſacerdotem lateat tuorum
Criminum, ſed te, veluti frequenter
Excidis, ſic et ſtudio frequenti
Erige lapsum.
Oret intento tua lingua corde,
Et vacet ſacrę modulationi
Carminum, psalmi reſonent in ore
Semper, et hymni.
Paginę ſanctę quoq; lectioni,
Ac ſupernorum ſpeculationi
Creber inſiſtas, imitare clara
Geſta parentum.
In aurora. Quolibet nixu venerare templa,
Conſule ignaro, tegumenta nudis

E roga, potum ſitienti, & eſcas
E ſurienti.
R ebus aduerſis releuato triſtem,
V iſe languentem, redimas iniqua
S orte captiuum, viduas foueto,
I nnocuosq;.
S eduli menſę tibi ſint, et hoſpes,
E t peregrinus, vitioq; ab omni
M ente ieiuna, velut abſtinetur
C orpore ab eſcis.
T empus hoc ſacrum veteres figurant
L egis heroes. Q uater ipſe dena
L uce ieiunat ſuper alta Sinę
C ulmina Moſes.
V adit Helias ad Oreb cacumen
O re ieiuno decies quaternam
E t diem et noctem fugiens acerba
I uſſa tyranni.
X anthus haud tanto memorandus æuo
Q uanto Iordanis, prope cuius vndas
T ot dies nunq̃ comedit per antra
D euia Chriſtus.

HYdra de triſti veniens auerno
Vt gula primos atauos ſubegit,
Sobrio ſic et ſuperata ventre
Subijcietur.
Zona cui quæuis famulatur orbis
O deus trina paritate ſimplex
Da velut flemus modo, ſic fruamur
Paſchate læto.

Tempore agonis et mortis Chriſti, ſeu Dominico die, qui de paſſione dicitur Sapphicum Alphabeticum.

In ve-ſpere. ARDEAT *dulci pia mens amore*
Victa, pro cuius moritur ſalute
Totius mundi dominus cruento
Vulnere foſſus.
Baſio turbis dedit impiorum
Proditor notum, capiunt profani
Milites, vrgent, iaciuntq; miti
Vincula collo:
Carcerem in tetrum rapiunt, et Anne
Flamini antiquo, Cayphæq; ſiſtunt,

Verberant, rident, cruce criminantur
I nterimendum.
D eferunt et pontifices Pilato
P ræſidi, clamant crucifigat. Ille
D at flagellatum, perimiq; mandat
F unere crudo.
E xpuit pulchram in faciem ſatelles,
I nduit cocco, tribulis coronat,
P ercutit, ludens vocat inde vatem
I ndeq; Chriſtum.
F ilium dum ſe perhibet ſuperni
P atris, et regem facit Iſraelis
P ondus imponunt crucis, et necandum ad
G olgotha ducunt.
G randibus flagris agitata dorſa
S arcinam ingentem nequeunt ſubire,
V nde Cyrenis genitum Simona
S uppoſuere.
Media noɛte. H eu tuum nomen negat ipſe Petrus
C hriſte, te chari fugiunt alumni,
V endit argenti precio nephandus
I pſe miniſter.

HYdra de triſti veniens auerno
Vt gula primos atauos ſubegit,
Sobrio ſic et ſuperata ventre
Subijcietur.
Zona cui quæuis famulatur orbis
O deus trina paritate ſimplex
Da velut ſlenius modo, ſic fruamur
Paſchate læto.

Tempore agonis et mortis Chriſti, ſeu Dominico die, qui de paſſione dicitur Sapphicum Alphabeticum.

In veſpere. ARDEAT dulci pia mens amore
Victa, pro cuius moritur ſalute
Totius mundi dominus cruento
Vulnere foſſus.
Baſio turbis dedit impiorum
Proditor notum, capiunt profani
Milites, vrgent, iaciuntq; miti
Vincula collo.
Carcerem in tetrum rapiunt, et Annæ
Flamini antiquo, Cayphæq; ſiſtunt,

V erberant, rident, cruce criminantur
I nterimendum.
D eferunt et pontifices Pilato
P ræſidi, clamant crucifigat. Ille
D at flagellatum, perimiq; mandat
F unere crudo.
E xpuit pulchram in faciem ſatelles,
I nduit cocco, tribulis coronat,
P ercutit, ludens vocat inde vatem
I ndeq; Chriſtum.
F ilium dum ſe perhibet ſuperni
P atris, et regem facit Iſraelis
P ondus imponunt crucis, et necandum ad
G olgotha ducunt.
G randibus flagris agitata dorſa
S arcinam ingentem nequeunt ſubire,
V nde Cyrenis genitum Simona
S uppoſuere.

Media nocte.
H eu tuum nomen negat ipſe Petrus
C hriſte, te chari fugiunt alumni,
V endit argenti precio nephandus
I pſe miniſter.

I s ſuper collem moriturus altum
S ponte ſtipatus gemino latrone,
V iribus fractis cecidere crebro
L anguida crura.
cKarperis probris, teneram parentem
C ernis immenſo gemitu dolentem,
R eſpicis Petrum pie dux, et ille
F leuit amare.
L iuidam frontem, lachrymasq; vitta
T erſit occurrens mulier, tuiq;
M anſit in velo effigies cadenti
S anguine tincta.
M ontis vt celſos apices petiſti
E xuit ſæuus tua membra lictor,
E t manus ambas, geminasq; plantas
S tipite fixit.
N udus in riſum populi eleuaris,
M embra ſunt duris terebrata clauis,
O brigent nerui, tua perforantur
T empora ſpinis.
O ſſa, compago, articuli, medullæ,
M ensq; torquentur, dolor eſſe maior

V llus haud poſſet, ſimilis nec vſq̄
A nte repertus.
P allida, et multo gemebunda fletu
H ic tua adſtabat genitrix, et illam
C œlibi in matrem iuueni dediſti
S uſcipiendam.

In aurora. Q uum ſiti arderes datur acre acetum,
F elq̄ potandum, quod arundo tollens
S pongia abſorptum bibula labanti
P orrigit ori.

R aptat immitis tegumenta miles
T unc tua in partes reſecans, amictus
A lter in ſortem capitur decoro
S chemate textus.

S epties poſtq̄ fueras locutus
V oce proclamans valida repente
R eddis afflicto et lacero ſolutam
C orpore vitam.

T unc tuo fixit lateri ſuperbus
L anceam miles, ſubitoq̄ fluxit
S anguis, et thetis, memoranda ſacra
R elligionis.

Verſus eſt, Titan celeres in vmbras,
Et diem in noctem rapuit, reſurgunt
Mortui, tellus tremuit, fragorem
S axa dedere.

Xylon excelſe crucis, et coronam,
Spongiam, clauos, titulum, flagella,
Lanceam, ſancto veneramur omnes
S parſa cruore.

hYmnus hic mœſto reſonare cantu
Chriſte te paſſum voluit, tuiq́ꝫ
Flebili verſu recitare agonis
T riſtia fata.

Zelus vt noſtri generis coegit
Te mori, ſic nos moriamur in te,
Teq́ꝫ cum patre, et parili fruamur
F lamine ſemper.

In die feſto Reſurrectionis Chriſti et paſchali tempore Iambicum Alphabeticum.

In ve= ABSCESSIT abſtinentię
ſpere. Tempus, dolorq́ꝫ, lachrymę

Pertranſiere, prodeunt
Iucunda nobis gaudia.
Bilem furentis tartari
Chriſtus necans e mortuis
Surrexit, ac empyream
Fecit patere ianuam.
Circundatus nitentibus
Amictibus de ergaſtulo
Exiuit, et duriſſimum
Mortis ſubegit impetum.
Draconis os teterrimum
Confregit, et victricia
Vexilla ſecum detulit,
Et vulnerum ſignacula.
Exegit ex parentibus
Mentes ab orco plurimas,
Quasdamq; iuſſit artubus
Reddi perenni gloria.
Fragor, tremorq; maximus
Terrę, excubantes milites
Perterruit, dum lucidus
Surrexit inſtar fulguris.

G erunt fideles fœminæ
A romatum diluculo
V nguenta, auentq; mortuum
C orpus magiſtri inungere.
H uc mane euntes inquiunt
Q uis nam ſepulchri ſaxeum
N obis reuoluet oſtium,
Q uod eſt ibi grauiſſimum?
I d intuentes antea
M otum timent, et autumant
F unus ſuperni principis
R aptum fuiſſe, et eiulant.
cKaput leuantes angelum
C ernunt amictu candidum,
Q ui dixit illum viuere,
I n Gallilæam pergere.
L ætę fuere vt inclytum
R egem videre in hortulo.
E ius colunt veſtigia
E t nunciant apoſtolis.
Media M ouent Petrus velociter
nocte. G reſſus, et is iuuenculus,

Quem Rex amabat arctius,
Et ad ſepulchrum curſitant.
Non intuentes regium
Ineſſe corpus, linteum
Videre, moxque cæteris
Notum dedere fratribus.
Oſtendit ambulantibus
Se tunc duobus in via
Dum fingit ire longius
Inſtar peregrinantium.
Petro dedit ſe cognitum
Poſt, et ſimul morantibus
Charis alumnis, et manus,
Pedes, latusque ſaucium.
Quæſiuit an cibarij
Superfuiſſet quicpiam,
Quod edit, vt veraciter
Se ſuſcitatum panderet.
Redarguit ſeuerius
Incredulos, et omnibus
Conceſſit vſum clauium,
Petroque ſingulariter.

S ubyciendi dæmonas
A uthoritatem tradidit,
E t liberandi languidos,
E t excitandi mortuos.

In aurora. T homas vt audit, credere
R ecuſat, et vult tangere
M anu magiſtri vulnera.
P alpauit, atq; credidit.

V biq; mundus gaudeat,
Q uod paſcha noſtrum nexibus
I am diſſolutis omnibus
A d gloriam tranſiuerit.

X ylon Crucis nunc imperat,
Q uo Chriſtus agnus innocens
P atri ſalutis hoſtia
O blatus eſt pro ſæculo.

bY poſtaſi ſub vnica
H omo deuſq; permanens
C ommune nobis efficit
C œleſte contuberniuin:

Z izaniam qui diuidet
I n fine mundi a frugibus

Hac luce mortem deſtruens
Nos aggregat viuentibus:
Te Chriſte, qui nos efficis
Cæleſtis aulæ compotes
Vitæ datorem credimus
Cum patre, et almo Spiritu.

In die feſto Aſcenſionis Chriſti
Iambicum Alphabeticum:

In ve= ſtere. ASCENDIT *in ſublimia*
Mundi Redemptor sydera
Seſſurus vna cum patre
Supra poli faſtigia.
Beatitudo maxima
Hæc eſt, caro nunc tollitur
Humana ſupra quoslibet
Cœleſtis aulæ Spiritus.
Captiuitas vetuſtior
Patrum ſubactis inferis
De fauce mortis libera
Ad gloriam deducitur.

D um quadraginta per dies
F uiſſet, vt ſurrexerat
A mortuis, cum fratribus,
I n aſtra ſic aſſumitur.
E rant coacti apoſtoli
I n monte olivis inclyto,
H ic ille mox apparuit
I ndutus alba syndone.
F ecere dulce prandium
H umanitatis vinculum,
I nterq; grata affamina
S edens ibi conueſcitur.
Media G entes docendas præcipit
nocte. P er orbis ampla climata
L egis nouę volumina,
B aptiſmatisq; flumina.
H æc veritatis indicat
F utura ſigna, Q uilibet
Q ui credet ægritudines
F ugabit, atq; dæmones.
I nfeſta ſi potauerit
V enena, nulla ſentiet

Pericla, prorſus omnium
Linguis loquetur gentium.
Caueret illo ab oppido
Quicunq; tunc abſcedere
Mandat, quouſq; lucidum
Ab axe mittat ſpiritum.
Locutus hec grauiſſime
Tollit manus ad ethera,
Illiſq; contuentibus
Scandit polorum culmina.
Mente ſequuntur anxia,
Fixoq; ſurſum lumine,
Apoſtoli per aera
Vi[?]loriosum principem.
Nubes recepit illico
De pendulis obtutibus
Illum ſuper cacumina
Empyrearum mentium.
Orant ſupino vertice,
Flexoq; terra poplite
Mites alumni, dulcibus
Vocant magiſtrum lachrymis.

In au= rora.

P oſtq̄ leuatus ætheris
E ſt ad tribunal, imperat
T otius orbis machinæ
P atris ſedens in dextera.
Q uærunt duo tunc angeli
S tolis amicti candidis,
O gallilæi, quid ſtatis
H ic intuentes ſydera?
R ex iſte qui cœleſtia
N unc regna adiuit, ſicuti
V idiſtis illum aſcendere:
V enturus eſt huc denuo.
S i mille linguæ concinant
N ullo queant retexere
V erſu, quot illo tempore
P oli dedere gaudia.
T riumphus admirabilis,
I ucunditas, alacritas
I bi, canora carmina,
P lauſus ineſtimabilis,
V erus dei tu filius
V itale nobis præmium

O Chriſte fœlix omnium
I n te ſalus credentium.
X enos, viator, aduena
Q uicunque noſtrum in ſeculo
H oc degit, et deſyderat,
N on niſi in te quieſcere.
hYblæa mella, et attica
D ulcore vincis intimo.
T u ſolus exoptabilis
P ortus, quies amabilis.
Z elamus alma trinitas
V ultum tuum diſcernere,
I n quo ſtat omne gaudium
E t tota ſpes fidelium.

I n die feſto Pentecoſtes Iambicum
Alphabeticum.

In veſpere. ALTISSIMVM conſcenderat
C hriſtus tribunal gloriæ,
Q uo ſeptiformem mitteret
A doptionis ſpiritum.

B is tranſiere hebdomadę
T res, et dies bis quattuor
A luce qua ſurrexerat
A d hunc diei circulum.
C onceſſa quinquageſimo
D ie fuit diuinitus
V etuſta lex fidelibus
A b exitu de ęgyptijs.
D eſignat illa myſtice
L ux hanc diem clariſſimam,
Q ua ſic ab orci tranſitu
L ex publicatur gratię.
E x monte quo diſceſſerant
C onuenerant apoſtoli
S ecretiori limine,
C um matre Chriſti virgine.
F eruore magno dediti
E t hoſtijs, et lachrymis
E rant ſub vno vinculo
A moris, in cœnaculo.
G randis repente ex ethere
S onus fit inſtar fulminis

Ingentis, atque regiam
Compleuit, in qua ſederant.
Hora diei tertia
Id eſt patratum, ſinguli
Linguę videntur flammeę
Supra caput cuiuslibet.
Media Implentur omnes numine
nocte. Dei, loquuntur omnium
Mox gentium ſermonibus,
Vt porrigebat ſpiritus.
Kallere fortitudinem
Cordis, nec expaueſcere.
Tyrannidis potentiam
Exordiuntur illico.
Lauacra mundi fluminis
Cœpere paſſim prodere,
Clamare pœnitudinem,
Æternitatem pandere.
Miranda Chriſti dogmata
Annunciant. At quilibet
Linguas ſuas vt percipit
Pauet ſtupore et extaſi.

I n au- rora. N on eſſe ſancti pneumatis
O pus putantes plurimi
V t gallilæos ſimplices
V ino madere exiſtimant.
O biurgat illos talibus
T unc Petrus. O vos incolę
H ebræa gens, et aduenę
C ur nos putatis ebrios?
P enſate, ꝙ nunc tertia
S it hora, nec ientauimus,
S ed nos ſuperno munere
C omplevit almus ſpiritus.
Q uicquid videtis hac die
P ræſagus olim tradidit
P ropheta I oel. Credite
N os veritatis nuncios.
R eplebit idem ſpiritus
V os, et dei myſteria
D ocebit, atq; cœlitum.
D educet ad conſortium..
S ermone facto maxima
P romiſcui tunc agminis

Plebs credit, et baptiſmate
Perfuſa Chriſtum ſuſcipit.
Teterrimis a ſordibus
Purgauit illos igneus
Nitor, deditq; feruido
Amore dulce incendium:

Hora dici tertia.

Veni beate ſpiritus,
Noſtræq; menti illabere,
Depelle cuncta crimina;
Et da tui charismata.
Xenophanis ceu lesbij
Te iambicis attollimus
Concentibus, ſic effice
Nos eſſe cœli compotes.
hYberna pelle frigora
De cordibus rigentibus,
Tuo nitore ſplendeant,
Tuo calore ferueunt.
Zelum futuri ſæculi,
Huiusq; vitę tædium
Des o perennis halitus
Parentis, atq; filij.

Carmina ad populu habenda, die Christi corporis sacro.
si da recitarsi nel giorno del corpo di Christo innazi 'l popolo.

Deſcripsi

In die feſto Euchariſtię Sapphicum Alphabeticum.

In veſpere.

ARDVVM nobis hodie, et profundum
P onitur ſacrum, cibus et medela
M entis, inter nos, ſuperosq; firmum
P ignus amoris.

B alſamum grato ſuperans odore,
M ella dulcore, ambroſiam ſapore,
R oborat, paſcit, recreat, medetur,
G audia confert.

C ompotes voti, comites deorum
E fficit, claros, agiles, perennes;
N eſcios lethi, intrepidos in omni
E ſſe periclo.

D at ſalutares, et opes, et annos,
S eruat inſontes animos ab atro
C rimine, et reddit nitidos, et almo
M unere plenos.

E ſca ſub bina ſpecie litati
P anis et vini caro vera Chriſti,
V erus et ſanguis fit in ipsa veri
V erba miniſtri.

Fecit hæc Chriſtus, facienda iuſſit
Fratribus, quorum loca conſecuti
Sunt ſacerdotes, monumenta mortis
Sponte receptę.
Grandis omnino decor, et poteſtas.
Conficit, ſumit, tribuit ſacerdos
Cæteris, tangit, tenet, oſculatur,
Baiulat, offert.
Media nocte. Hæc caro, hic ſanguis licet aggregati
Non in integrum videantur eſſe
Corpus, at totus ſimul ipſe Chriſtus
Eſt in vtroq;.
Ille ſub quauis quoq; fractionis
Parte non ſciſſus capitur, nec vſq;
Ventre conſumi valet, at comeſus
Integer extat.
Kaſus interdum datus eſt, vt illum
Impius ſumat, ſacra ſumit, at rem,
Et ſacri fructum minime, nec vſq;
Proderit illi:
Lympidi ſumant homines, eorum
Eſt cibus tantum. Bonus in ſalutem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Eſt, et in mortem malus. Ecce q̄ ſit
Exitus impar.
Mille vel ſumant, comedat vel vnus,
Hoc idem, et tantum capiunt vtriq;,
Separat nusq̄ locus, hic et illic
Chriſtus habetur.
Nec putes illud magis eſſe ſignum.
Eſt deus verax, et homo ſub illo
Paneq; et vino ſine fraude (quanq̄
Non videatur)
Omnis et panis ſapor, atq; vini
Guſtus, et forma, et ſpecies videntur,
Sed nec eſt vinum, neq; panis vltra,
Altera res eſt.
Panis eſt viuus, cibus angelorum,
Non eum paruę ſpecies coarctant,
Non locus, quin et loca plura ſeruet
Impedit vllus.
Quando tu frangi inſpicies, memento
Rem nihil frangi, ſed id eſſe ſignum
Myſtice factum. Manet illa prorſus
Integra ſemper.

In au=
rora.

R ecta precepti veteris figurat
H oc ſacrum, quando nihil imminutus
A gnus in Phaſe comedi iubetur
I mmaculatus.
S ignat hoc et Melchiſedech ſacerdos
O fferens Abram cererem, et lyæum,
S ignat hoc Iſaac puer immolatus,
M annaq; patrum.
T u licet non id videas, fidelis
E ſto, nec quicq; dubites, patrare
H oc poteſt qui de nihilo creauit
C orpora cuncta.
V eritas finem poſuit figuræ,
V mbra diſceſſit veniente luce,
N ox ad auroræ radium ſepulta
C ogitur eſſe.
X erxis haud tot colligimus phalanges,
Q uot manent huius noua veritatis
S igna. Sunt cœlum, mare, terra, abyſſi
V ndiq; plena.
hY mnus et laudes reſonent in huius
E ucharistiæ venerationem;

Q uolibet geſtu manifeſtet omnis
G audia mundus.
Z ographi non ars ſapientię vlla
F ingere, aut vllus penetrare viuens
H oc valet ſacrum, neq; te triforme
N umen olympi.

I n diebus feſtis beatę Marię Virginis
Sapphicum Alphabeticum.

In veſpere. ALMA quę virgo, et genitrix fuiſti,
S calaq; in cœlum, via, porta, clauis,
E t procelloſas Elice per vndas
S emper aueto:
B eluam triſtem Phlegethontis atri,
Q uæ cibo patres vetito fefellit
I nteremiſti, ſuperosq; nobis
C onciliaſti.
C lauſa ſecreto thalamo manebas,
V enit vt ſummo paranymphus axe,
E t deum ſalua integritate dixit
T e parituram.

D um ſpopondiſſes ea nunciãti,
E cce ſum ſupplex domini puella
F iat vt dicis mihi condidiſti
V iſcere Chriſtum.
E x eo cuncti populi beatam
T e vocant, et te procul abſtuliſſe
C lamitant Euę maledicta, noxas,
E xitiumq̨.
F ellis infauſtum ſpecimen, quod illa
H auſit in dulcem ambroſię ſaporem
I pſa vertiſti, et placitum pluiſti
N ectar vbiq̨.
G ratia plena Heliſabeth per altas
M ontium cotes, rigidasq̨ rupes
S ponte dignaris grauidam propinquo
V iſere partu.
H ic pię agnatę obſequium tuliſti,
L anguido ſpem Zacharię dediſti,
H icq̨ Ioannem tua mira proles
S anctificauit.
I lle materna latitans in aluo
Q uando in amplexus geminę irruiſtis

S enſit infantem dominum tuo iam
V entre iacentem.
Klamat ingenti Heliſabeth ſtupore.
O nurus inter benedicta mater
Cum tuo fœtu, merui quid, vt me
V iſere pergas?
M edia noćte. L audibus cunctis, quia credidiſti,
D igna es, et fœlix dea. Quę deorum
M aximus dixit tibi rector, in te
P erficientur.
M agnificiſti dominum decoro
C antico tunc, qui imperio potenti
C alcat elatos animos, et effert
M itia corda.
N atus Eumolpho, lyricenq; Sappho
T ale non vſq; cecinere carmen,
S ed nec Amphion fidibus, nec ipse
T hracius Orpheus.
O rdo naturę ſuperatur omnis
Q uando tu virgo penitus virili
A bsq; contactu genuiſſe natum
P romeruiſti.

P roditur ſummi genitus parentis
Q uum puer legem docet, et liquentem
V ir tuis vndam precibus rubenti
M utat biaccho .
Q uæritans ex hoc rabies hebræa
I llius mortem, crucifixit . At tu.
S æpe fleuiſti miſerata dulcis
F unera nati.
R ecta defigens oculos et ora
I n tuos vultus iuniori alumno
T e dedit dicens, tuus iſte nunc eſt
F œmina natus.
S ed reſurgentem nece ſubiugata,
E t ſupra cœlum procul euolantem
L æta vidiſti, rutilumq; ab axe
P neuma pluentem.
I n au= rora. T u parens ſicut ſine labe creta es,
N ataq; e ſpinis roſa, liliumq;,
S ic et a nigro rediuiua buſto
A ſtra petiſti.
V iua ſupremo dominaris orbi,
E t tuis omnis chorus angelorum

S ubditur plantis, tuaq; exequuntur
I uſſa repente.
X anthij pluſq; populi cruentus
E ſt tibi quisquis meritos honores
D enegat, quę nos fore prębuiſti
Æ there dignos.
hYbridę ſunt impietate noſtrum
Q uilibet, qui te minime fatentur
E t dei veri ac hominis beatam
E ſſe parentem.
Z euſis ęternę tua trinitatis
P ectora impleuit generoſa mater,
T eq; conſortem tribuit ſuperni
V iuere ſceptri.

I n die feſto ſanctę et indiuiduę
Trinitatis Iambicum.

In veſpere. O COELSITVDO glorię,
O maximum myſterium,
S ecreta cœli noſcere
C onceditur mortalibus.

Quæ non valet comprehendere
I mmenſa mundi machina
H umana mens attingere
A udet ſuperno lumine.
A rcana nobis ardua
S acri reuelant codices,
Quorum celebratiſſimum
Eſt trinitatis nexio.
Eſt qualitas, eſſentia,
I mmenſitas, ſubſtantia,
Æternitas, et claritas
C ommunis, et potentia.
Media *C ommunicare gloriam*
nocte. *Eſt dulcior iucunditas,*
G ignit pater ſic filium,
S pirant vterque Spiritum.
N atus patris fit particeps,
F it vtriusque Spiritus,
E t ſe fruuntur inuicem
F œlicitate perpeti.
A patre nullo ſit pater,
A patre natus gignitur,

E x vtriusq; pectore
P rocedit almus ſpiritus.

I n aurora. O trinitas mirabilis
T e tres figurant angeli,
Q uos Abraam ſub arbore
S uſcepit in conuiuio.
T res vidit, vnum nominat,
F lexoq; adorat poplite,
E t te ſub vno numine
T rinam refert conſiſtere.
T er ſanctus ora cœlica
D um clamitant, et te deum
S olum fatentur, aſtruunt
T e trinum et vnum principem.
P luraliter tu conditor
D um faris in primordio
R erum ſub vna imagine
T e trinum et vnum prædicas.
R egum tibi rex maxime
S ub triplici conſortio
E ſt vnitatis vinculum
E t nunc, et ante ſeculum.

In die feſto Transfigurationis Chriſti Trochaicum.

In ve-ſpere. ALMA *mater Chriſtiani*
Germinis Eccleſia,
Cuius ſponſus eſt decorus
Forma præ mortalibus
Plaude. Nam ſe transfigurat
In Thabor cacumine.
Pandit immortalitatis
Candidatam cycladem,
Qua te veſtiet beatam
Glorioſo lumine,
Quum ſibi te copularit
In ſupernis nuptijs.
Dum reſurges a ſepulchro
Læta in fine ſæculi
Transformabit ille membra
Tunc tua in cœleſtibus,
Et toga diuinitatis
Te iucundus induet.
Media nocte. *Hic vetuſtæ legis adſunt*
Bina propugnacula

H inc Helias inde Moſes
C olloquentes inuicem.
I nter illos ſtat Redemptor
S olis inſtar lucidus.
P etrus hic, duoq; fratres
Z ebedei pignora,
T res alumni veritatis,
C onſulares optimi,
E t cunctis celebriores
T eſtes veri numinis.
S ummi Regis indumenta
V t nix fiunt candida,
A c immenſa luce vultus
S plendet inſtar fulguris,
I ndicans talem futurum
S e poſt victa funera.
I n au= P etrus amplę amœnitatis
rora. E brius dulcedine
Q uam iucundum nos manere
H ic (ait) mi conditor,
T res, tibi, Moſi, ac Helię
S i vis ædes ponimus.

Tanta vis fœlicitatis
Eſt cœleſtis, vt ſui
Prorſus obliuiſceretur,
Nec ſub diuo penderet
Immorari, dum liceret
Semper illic degere.
Clara nubes tunc refulſit,
Ac obumbrans ſingulos
Vocem miſit intonantis
Patris, Hic eſt filius
Prædilectus, Ille nobis
Semper eſt gratiſſimus.
Sit tibi ſplendor perennis
O ſuprema Trinitas,
Quę ſub vna mente regnans
Sic diſtincta permanes,
Vt deus ſis ſemper vnus
Singulari gloria.

In diebus feſtis Inuentionis et
Exaltationis ſanctę Crucis
Sapphicum.

In veſpere.

REGIVM vitę cupiens trophæum
P rodere in lucem deus imperantem
E xcitat terris Helenam ſepulchrum
V iſere Chriſti:

M agna confeſtim ſatagit virago
I nſtrui claſſem, paphium per æquor
D e ſinu ponti ſolymas ad arces
C arbaſa ſoluens.

V nicum noſtrę columen ſalutis
M andat inquiri latebris ſepultum
A nte, vexillum Crucis, et repertum
T ollit, adorat:

A ureis ornat tabulis, ſmaragdo,
A tq; ſapphiris, adamante crebro,
M argaritarum quoq;, et vnionum
T egmine multo.

R epperit clauos, quibus eſt redemptor
F oſſus, ex vno diadema nato
F ecit, et frenum ex alio, gerenda
S emper in hoſtes.

A lterum miſit latias ad oras,
E t Crucis fruſtum, et titulum trilinguem,

A tq; de ſpinis aliquot ſub auro
C lauſa nitenti.
E x ea ſane genitus parente
V iderat primum ſacer imperator
I d Crucis ſceptrum radiare cœlo
F ulguris inſtar.
S enſit et vocem procul ex olympi
S edibus clare ſibi pollicentem
H oc tuos o Rex ſuperabis hoſtes
A uſpice ſigno.

Media nocte. V icit vt princeps inimica caſtra
H oc adorandum populos per omnis
E ſſe vexillum iubet, et lauatur
F lumine ſancto.
C osdroem contra Heracly probata
P oſtea virtus inito duello
I mpiam mentem tumidi tyranni
M arte ſubegit.
A bſtulit prædam Crucis a prophano
R ege, ſublimi ſerie triumphi
E xtulit, tanta monumenta palmæ
V ndiq; ſpargens.

C rux aue ſummi decorata regis
P urpura, et rubro redimita cocco,
Q uam dei veri tetigere quondam
S aucia membra.

I n aurora. C rux aue lucis memoranda origo.
A ttulit mortem exitiale lignum,
T u ſalutaris medicina vitam
R eſtituiſti.

A rbor es ſupra reliquas beata
A rbores, in qua precium pependit
S æculi, cuius ſubitam figuram
T artarus horret.

S it triumphalis tibi Chriſte ſemper
G lorię ſplendor Phlegetonte victo
P er crucem, ſit et Pater, atq; ſanctę
S piritus vna.

I n diebus feſtis Michaelis Archangeli et omnium beatorum ſpirituum Sapphicum.

In veſper e. INCLYTE in cœlo decor angelorum,
Q ui quaſi mundi deus alter omnem

Frigidi contra furias Auerni
Protegis orbem.
Tu miniſtrantum ſuper aſtra fortis
Cœlitum princeps Michael retundis
Robore ingenti nocuum maligni
Dæmonis aſtum.
Tu ſuper cunctas animas beandas
Præſes, inſultus ſtygij draconis
Prorſus elidis, trutinator æquus
Tu meritorum.
Ipſe Gargani ſuper alta ſaxa
Viſus es miro radiare vultu,
Qua tibi in cœlſo niueum dicaſti
Culmine ſacrum.
Semper ardenti seraphin amore,
Semper ingenti Cherubin nitore, et
Luce diuinæ ſophiæ tenetis
Culmen olympo.
Media nocte. Vos ſupra diuum sedet imperator
O throni, ſed tu dominatus ingens
Orbis immenſi regimen gerendo
Aſtra gubernas.

A t ſupra regesq; ducesq; , et vrbes
S ceptra ſunt vobis data principatus,
V os poteſtates trepidant profundi
T artara Ditis.
M agna virtutes agitis repente
S igna per terras procul, et per altum,
E t ſupra cœlum, ſub humiq; abyſſo
M ira patratis.
N uncij ſummi omnipotentis aulę
G abriel, et tu Raphael, et alme
V riel, et tu Michael ſuprema
N uncia fertis.
E ſt dei magni noua fortitudo
A lter, eſt alter medicina, et alter
I gnis eſt lucens, dominator alter
E ſt quis vt iſte?
I n au= A ngeli noſtrum memores amici
rora. C allidi contra Phlegethontis iras
E ſtis humano generi fideles
E xcubitores.
C onſules almi patris et miniſtri
L anguidę nos ex vtero parentis

E ditos recta aſſidue docetis
V iuere norma.
E ſt triplex vobis hierarcha. Quiſq;
E x eis trinos moderando cœtus
O rdines cœli faciunt nouenos
S chemate miro.
I nſtruunt, purgant, nitidantq; primi
C æteros, mittunt, referunt, reuelant
A bdita, et gaudent pietatis vno
F œdere iuncti.
E t licet mundi varias per oras
S æpe pernici volitetis ala,
A t dei nuſq; facie beata
E ſtis egentes.
N os ad optatæ patriam ſalutis
D ucite, et veſtris ſociate palmis,
V t coæterno mereamur vna
V iuere ſæclo.
S it patri, et nato, pariterq; ſancto
P neumati virtus, quibus in ſuperno
S piritus almi nitidæq; mentes
A xe miniſtrant.

In natali Ioannis Baptiſtę
præcurſoris Chriſti
Sapphicum.

In veſpere.

LVCIFER clari ſine nocte ſolis,
Præco diuini ſine labe verbi
Mire Ioannes hodie vetuſto
Naſcitur orbi:
Ille præcurſor veniens superni
Regis annoſa, ſterilique ab aluo
Fecit effœtum, veteremque mundum
Eſſe feracem:
Nam ſeneſcentis renouare ſecli
Cœpit ætatem, Cito naſciturum
Indicat Chriſtum, miſeriſque præſto
Eſſe ſalutem.
Rite dum canus genitor litabat
Gabriel cœlo volitans ab alto
Filium præter ſenium ſpopondit
Progenerandum:
Nomen, et vitam manifeſtat omnem;
Gaudium nati pueri; ſub illo

N umen Heliẹ populi futuram
C redulitatem.
H æſitans an ſic fieri daretur
I d parens, vſu caruit loquendi
V ſq; dum primis poteretur auris
E ditus infans.
Media noƈte. V entre materno recubans latentem
S ubter intaƈtẹ genitricis artus
E ſt deum ſupplex veneratus, atq; in
G audia rupit.
A ffuit poſtq̃ puerilis ætas
D iue Ioannes patriam peroſus
I nuios ſaltus, tacitasq; rupes
I ncoluiſti.
T u domum, agnatos, populiq; cœtum
M ox, et vrbanos ſtrepitus relinquis,
N ẹ tibi mentem minimus reatus
C ommacularet.
T u feras inter gelidis in antris
N oƈtẹ procumbis, rigidos amiƈtus
D at camelorum cutis, vnda potum,
G ramina paſtum.

S ubditur plantis, tuaq; exequuntur
I uſſa repente.
X anthij pluſq̃ populi cruentus
E ſt tibi quiſquis meritos honores
D enegat, quę nos fore præbuiſti
Æ there dignos.
hYbridę ſunt impietate noſtrum
Q uilibet, qui te minime fatentur
E t dei veri ac hominis beatam
E ſſe parentem.
Z euſis æternę tua trinitatis
P ectora impleuit generoſa mater,
T eq; conſortem tribuit ſuperni
V iuere ſceptri.

I n die feſto ſanctę et indiuiduę
Trinitatis Iambicum.

In veſpere.
O COELSITVDO glorię,
O maximum myſterium,
S ecreta cœli noſcere
C onceditur mortalibus.

Quæ non valet comprehendere
Immenſa mundi machina
Humana mens attingere
Audet ſuperno lumine.
Arcana nobis ardua
Sacri reuelant codices,
Quorum celebratiſſimum
Eſt trinitatis nexio.
Eſt qualitas, eſſentia,
Immenſitas, ſubſtantia,
Æternitas, et claritas
Communis, et potentia.
Media nocte. *Communicare gloriam*
Eſt dulcior iucunditas,
Gignit pater ſic filium,
Spirant vterque ſpiritum.
Natus patris fit particeps,
Fit vtriusque ſpiritus,
Et ſe fruuntur inuicem
Fœlicitate perpeti.
A patre nullo fit pater,
A patre natus gignitur, G

E x vtriuſq; pectore.
P rocedit almus Spiritus.
I n aurora. O trinitas mirabilis
T e tres figurant angeli,
Q uos Abraam ſub arbore
S uſcepit in conuiuio.
T res vidit, vnum nominat,
F lexoq; adorat poplite,
E t te ſub vno numine
T rinam refert conſiſtere.
T er sanctus ora cœlica
D um clamitant, et te deum
S olum fatentur, aſtruunt
T e trinum et vnum principem.
P luraliter tu conditor
D um faris in primordio
R erum ſub vna imagine
T e trinum et vnum prædicas.
R egum tibi rex maxime
S ub triplici conſortio
E ſt vnitatis vinculum
E t nunc, et ante ſeculum.

In die feſto Tranſfigurationis Chriſti Trochaicum.

In veſpere. ALMA mater Chriſtiani
Germinis Eccleſia,
Cuius ſponſus eſt decorus
Forma præ mortalibus
Plaude. Nam ſe tranſfigurat
In Thabor cacumine.
Pandit immortalitatis
Candidatam cycladem,
Qua te veſtiet beatam
Glorioſo lumine,
Quum ſibi te copularit
In ſupernis nuptijs.
Dum reſurges a ſepulchro
Læta in fine ſæculi
Tranſformabit ille membra
Tunc tua in cœleſtibus,
Et toga diuinitatis
Te iucundus induet.
Media nocte. Hic vetuſtę legis adſunt
Bina propugnacula

H inc Helias inde Moſes
C olloquentes inuicem.
I nter illos ſtat Redemptor
S olis inſtar lucidus.
P etrus hic, duoq; fratres
Z ebedęi pignora,
T res alumni veritatis,
C onſulares optimi,
E t cunctis celebriores
T eſtes veri numinis.
S ummi Regis indumenta
V t nix fiunt candida,
A c immenſa luce vultus
S plendet inſtar fulguris,
I ndicans talem futurum
S e poſt victa funera.
I n au= P etrus amplę amœnitatis
rora. E brius dulcedine
Q uam iucundum nos manere
H ic (ait) mi conditor.
T res, tibi, Moſi, ac Helię
S i vis ędes ponimus.

T anta vis fœlicitatis
E ſt cœleſtis, vt ſui
P rorſus obliuiſceretur,
N ec ſub diuo penderet
I mmorari, dum liceret
S emper illic degere.
C lara nubes tunc refulſit,
A c obumbrans ſingulos
V ocem miſit intonantis
P atris, Hic eſt filius
P rædilectus, Ille nobis
S emper eſt gratiſſimus.
S it tibi ſplendor perennis
O ſuprema Trinitas,
Quę ſub vna mente regnans
S ic diſtincta permanes,
V t deus ſis ſemper vnus
S ingulari gloria.

I n diebus feſtis Inuentionis et
Exaltationis ſanctę Crucis
Sapphicum.

In veſpere.

REGIVM vitę cupiens trophæum
P rodere in lucem deus imperantem
E xcitat terris Helenam ſepulchrum
V iſere Chriſti.

M agna confeſtim ſatagit virago
I nſtrui claſſem, paphium per æquor
D e ſinu ponti ſolymas ad arces
C arbaſa ſoluens.

V nicum noſtrę columen ſalutis
M andat inquiri latebris ſepultum
A nte, vexillum Crucis, et repertum
T ollit, adorat.

A ureis ornat tabulis, ſmaragdo,
A tq; ſapphiris, adamante crebro,
M argaritarum quoq;, et vnionum
T egmine multo.

R epperit clauos, quibus eſt redemptor
F oſſus, ex vno diadema nato
F ecit, et frenum ex alio, gerenda
S emper in hoſtes.

A lterum miſit latias ad oras,
E t Crucis fruſtum, et titulum trilinguem,

A tq; de ſpinis aliquot ſub auro
C lauſa nitenti.
E x ea ſane genitus parente
V iderat primum ſacer imperator
I d Crucis ſceptrum radiare cœlo
F ulguris inſtar.
S enſit et vocem procul ex olympi
S edibus clare ſibi pollicentem
H oc tuos o Rex ſuperabis hoſtes
A uſpice ſigno.
M edia noctē. V icit vt princeps inimica caſtra
H oc adorandum populos per omnis
E ſſe vexillum iubet, et lauatur
F lumine ſancto.
C osdroem contra Heraclij probata
P oſtea virtus inito duello
I mpiam mentem tumidi tyranni
M arte ſubegit.
A bſtulit prædam Crucis a prophano
R ege, ſublimi ſerie triumphi
E xtulit, tantę monumenta palmę.
V ndiq; ſpargens.

Frigidi contra furias Auerni
Protegis orbem.
Tu miniſtrantum ſuper aſtra fortis
Cœlitum princeps Michael retundis
Robore ingenti nocuum maligni
Dæmonis aſtum.
Tu ſuper cunctas animas beandas
Præſes, inſultus ſtygij draconis
Prorſus elidis, trutinator æquus
Tu meritorum.
Ipſe Gargani ſuper alta ſaxa
Viſus es miro radiare vultu,
Qua tibi in cælſo niueum dicaſti
Culmine ſacrum.
Semper ardenti seraphin amore,
Semper ingenti Cherubin nitore, et
Luce diuinę sophię tenetis
Culmen olympo.
Media noctę. *Vos ſupra diuum sedet imperator*
O throni, ſed tu dominatus ingens
Orbis immenſi regimen gerendo
Aſtra gubernas.

At ſupra regesq; ducesq;, et vrbes
Sceptra ſunt vobis data principatus,
Vos poteſtates trepidant profundi
Tartara Ditis.
Magna virtutes agitis repente
Signa per terras procul, et per altum,
Et ſupra cœlum, ſub humiq; abyſſo
Mira patratis.
Nunc ſummi omnipotentis aulæ
Gabriel, et tu Raphael, et alme
Vriel, et tu Michael ſuprema
Nuncia fertis.
Eſt dei magni noua fortitudo
Alter, eſt alter medicina, et alter
Ignis eſt lucens, dominator alter
Eſt quis vt iſte?
In au- *Angeli noſtrum memores amici*
rora. *Callidi contra Phlegethontis iras*
Eſtis humano generi fideles
Excubitores.
Conſules almi patris et miniſtri
Languidæ nos ex vtero parentis

E ditos recta aſſidue docetis
V iuere norma.
E ſt triplex vobis hierarcha. Quisq;
E x eis trinos moderando cœtus
O rdines cœli faciunt nouenos
S chemate miro.
I nſtruunt, purgant, nitidantq; primi
C æteros, mittunt, referunt, reuelant
A bdita, et gaudent pietatis vno
F œdere iuncti.
E t licet mundi varias per oras
S æpe pernici volitetis ala,
A t dei nusq̃ facie beata
E ſtis egentes.
N os ad optatę patriam ſalutis
D ucite, et veſtris ſociate palmis,
V t coæterno mereamur vna
V iuere ſæclo.
S it patri, et nato, pariterq; ſancto
P neumati virtus, quibus in ſuperno
S piritus almi nitideq; mentes
A xe miniſtrant.

N umen Heliſ populi futuram
C redulitatem.
H æſitans an ſic fieri daretur
I d parens, vſu caruit loquendi
V ſq; dum primis poteretur auris
E ditus infans.

Media noċte.

V entre materno recubans latentem
S ubter intaċte genitricis artus
E ſt deum ſupplex veneratus, atq; in
G audia rupit.
A ffuit poſtq̃ puerilis ætas
D iue Ioannes patriam peroſus
I nuios ſaltus, tacitasq; rupes
I ncoluiſti.
T u domum, agnatos, populiq; cœtum
M ox, et vrbanos ſtrepitus relinquis,
N e tibi mentem minimus reatus
C ommacularet.
T u feras inter gelidis in antris
N oċte procumbis, rigidos amiċtus
D at camelorum cutis, vnda potum,
G ramina paſtum.

Incolæ cœli comites dederunt
Se tibi crebro, ſuperum coronæ
Præfigurarunt, epuliſq; diuum
Te nutrierunt.

In au= rora. Circa Iordanis vada prædicaſti
Tu dei natum, caput abluiſti
Eius, et notum populis dediſti
Indice ſancto.
Tu ſalutari fluuio paraſti
Semitas rectas domino, tyranni
Quando famoſum ſcelus arguiſti
Enſe necaris.
Tu ſupra gemmas precioſus omnis,
Omnium maior genitis, et aſtris
Purior, Chriſtum Stygias ad vmbras
Effigiaſti.
Eius et iuſſu venientis illuc
Doctor, et cælebs, roſeuſq; martyr
Laurea fulgens triplici petiſti
Limen olympi.
Supplices vnum, pariterq; trinum
Te canunt mentes deus, atq; rerum

V nicum exemplar veneratur omnis
V ndiq; mundus,

I n die feſto apoſtolorum Petri et Pauli
Choriambicum.

In ve- EXVLTET polus, et gaudeat vndiq;
ſpere, T ellus, quę nitido lucida ſanguine
C or vnum gemino corpore ſuſtulit
I n cœli penetralia.
R omani proceres, aurea lumina
M undi, ſunt hodie Petrus apoſtolus,
E t Paulus viridis gloria ſæculi
M actati velut hoſtię.
P oſt longos gemitus, longa pericula
A lter per rigidum, et turpe patibulum,
A lter per gladium cæſus olympia
C onſcendunt habitacula.
T u Petre, et reſeras cœlica limina,
E t claudis ſapiens arbiter omnium.
D um terris animas ſoluis, et alligas
F irmatur ſuper æthera.

D uni ſummi artificis dicere filium
C briſtum non dubitas factus es omnium
P ræſul chriſtigenum, Nam tibi protinus
E ſt eccleſia credita.

Media nocte. T u fœlix ouium paſtor ab aſpero
D iruptis abiens carcere vinculis
A cunctis ſcelerum nexibus imperas
N os incedere liberos.

T u mentes reduces inclyte ianitor
I n cœlum recipis, maxime nauita
T u cymbam tumido ducis ab æquore
A d tutiſſima littora.

T u ſiccis pedibus traijcis arduum
Æquor mirifice, dat tua languidos
V mbra eſſe incolumes, claudus vt inſpicit
T e rectus ſalit illico.

T e Simon magicis præditus artibus,
A c emptor charitum mira patrantium
I t præceps gelido iactus ab aere
S ubter ſtagna acherontia.

In aurora. D octor melliflue et maxime gentium
Fœlici hoſpitio raptus ad æthera

V idiſti ſuperum arcana latentia,
Quę nec prodere conuenit.
T u ſupra reliquos vndiq; prædicas
C hriſtum Codicibus, voceq; candida,
F lagris, excubijs, atq; laboribus
N uſq; feſſus in arduis.
A mbo vos igitur, Clauiger, Enſifer,
T erræ præcipuo numine principes
A lter poſt obitus da aſtra potentia,
A lter protege quæſimus.
V irtus, imperium, gloria ſit tibi
O mundi ſpeculum lucida Trinitas,
Quę ſemper ſtabili fœdere præſides
S upra quemlibet orbium.

I n die feſto Andreæ apoſtoli
Sapphicum.

I n veſpere.

INTER auguſtos ſuperum quirites
V nus e ſummis hodie coruſcans
C omplet Andreas gelidum calenti
L umine mundum.

P rimus authorem ſequitur ſalutis
R etibus mox et rate derelictis,
V nde luſtrato tenuem leuabat
Æquore vitam.
I lle ~~Ioannis~~ Baptiste fuit æmulator;
Q ui sacro tinxit fluuio, nouisq;
P rodidit dextro populis latentem
I ndice Chriſtum.
T e deus prono veneramur ore,
Q uem data Andræas ratione mire
E ſſe monſtrauit triplicem ſub vno
N umine formam.

C horiambicum.

M edia noctе. ANDRAEAS recolens, Eſt puer vnus hic,
Q ui piſces geminos, quinque baiulat
P anes inſinuat quinq; volumina
M oſis fatidici bina retexere
L egis iuſſa ſalubria.
V num, quo colitur viribus omnibus
C unctorum pater, et conditor orbium,

E t quo diligitur proximus alterum.
E x his quinq; hominum millia recreat
N os omnes deus, ac homo.
S it patri ingenito gloria, ſit quoq;
N ato, ac imperium, ſit decus, ac honor
D iuo Spiritui ſecula in omnia,
Q uorum ſi paritas vna ſit, attamen
P erſonam triplicem gerit.

D actilicum.

I n au= rora. OMNI nitenti ſydere clarior
A urora ſurgens pandit apoſtolum
C rucis leuantem in ſtipite brachia,
E t clamitantem, Crux bona ſuſcipe
C hriſti tyronem, cuius et vndiq;
M embra tuliſti ſaucia.
T ibi deorum Rex ſapientia,
V irtus, honor, necnon iubilatio,
Q ui trinus, vnusq; omnia ſecula
& quo regis ſemper moderamine
I mplens poli, telluris, et æquoris
A mplificatam machinam.

In die feſto Iacobi Zebedgi apoſtoli Sapphicum.

In veſpere. ALMA venisti Salomę propago,
Cuius hiſpani meruere membra,
Cuius et late micuere ſigna
S ancte Iacobe.
D um tibi feſti redeunt honores
Lucidos aris reparamus ignes,
E t tuos ampla colimus quotannis
L aude triumphos.
D uctus in cœlſum Thaboris cacumen
I nter Heliam, ſociumqꝫ Moſem
T ranſfigurari intueris beato
L umine Chriſtum.
E ſt tibi patri, genitæqꝫ proli,
E ſt paracleto radio perenni
C laritas, quorum niueam fatemur
S implicitatem.

E ndecaſyllabum.

Media nocte. INTER ſydereos duces olympi
S plendeſcens veluti iubar ſerenum

H erodis feritate ſæuientis
C eruicem gladio dedit cruento.
C æleſti fruiturus incolatu
E nſem ſuſtinuit, necem recepit,
E t triſtem meliore luce vitam
M utauit ſuperum choros adeptus.
S int patri, genitoq́, pneumatiq́
S ancto multiplices vbiq́ laudes,
S it paſſim quoq́ iugis, et perennis
M aieſtas, quibus vnitas amoris.

T rochaicum.

In cru= PLAVDE gens ibera, Plaude
cera. D e beato apoſtolo,
C uius omni digna laude
M embra æterno lumine
C lauſa ſeruas absq́ fraude
S ub tuo munimine.
C rebra fiunt hic portenta
(N ec ſit crede fabula)
I d teſtantur fulcimenta
C ircumquaq́ pendula,

Et Caliſti papæ tenta,
Ac probata ſchedula.
Laus perennis, et ſonora
Summo patri, et gloria.
Laus ſit nato quauis hora,
Et fœlix victoria
Pneumati, in quo ſunt decora
Gratiarum munera.

In diebus feſtis Ioannis Euangeliſtæ
Sapphicum.

In veſpere. DIVE Ioannes ſpeculum pudoris,
Norma doctrinæ, fidei columna
Totius primæ charites olympi
Te decorarunt.
Flore vernanti viridis iuuentæ,
Præditum te Rex ſuperum vocauit,
Et ſuper cunctos veteres alumnos
Semper amauit.
Dum reclinaſti caput, et quieſti
Eius in dulci gremio, bibiſti

Fonte de pleno ſophię perennis
Alta fluenta.
Media nocte. Iure te vultus aquilę figurant
Doctor inſignis, quia tranſeundo
Aſtra, vidiſti intuitu patenti
Abdita cœli.
Inde diuinum genus explicaſti,
Et deum noſtram ſubijſſe ſortem,
Atq; pro nobis fera pertuliſſe
Spicula mortis.
Tunc tibi charam voluit parentem
Eſſe conceſſam, veluti clientum
Optimo, credens famulo pudico
Pectora caſta.
In aurora. Dolium feruens olei ſubintrans
Martyr exiſti ſine læſione,
Atq; lethalem calicem bibiſti
Vndiq; ſoſpes.
Exul in Pathmos loca tu, frequenter
Viſeris cœlo, fieriq; rerum
Gnarus abſtruſa ſpecie latentum
Promeruiſti.

E pheſi liber rediens ad oras
S igna patraſti, lemures fugaſti,
E t graueſcenti ſenio ſolutus
A ſtra petiſti.
S upplici cantu proceres ſuperni
T e deus trinum celebrant et vnum,
E ſſeq; æternis modulantur hymnis
O mnipotentem:

I n die feſto Thome apoſtoli
Sapphicum.

In veſpere. SYDVS eoum medys in aſtris
S urgit, et vultu radiante nubes
P ellit hybernas oriens ab alto
C ardine Thomas.
D um cicatrices videt in magiſtro,
E t manu palpat rediuiua membra
C redit, ac noſtram titubando firmat
C redulitatem.
C ertus euadit, fideiq; abyſſus
I lle (non abre) meruit vocari,

Qui redemptorem dominum, deumq́
Eſſe fatetur.
Sit tibi rerum genitor ſuperne,
Sit tibi fili, tibi ſit beate
Spiritus ſemper decus, et poteſtas
Omne per æuum.

Iambicum.

Media nocte. THOMAS ad indos concitus
Chriſto iubente mittitur,
Vt falſa tollat dogmata,
Fidemq́ veram proferat.
Hic conſtruit latiſſimum
Pius faber palatium
Non terreis ex cotibus,
Sed myſtico de marmore.
Viuę petrę ſunt dedita
Virtutibus præcordia.
Ex his triumphans conditur,
Et militans eccleſia.

In aurora. Definiens apoſtolus
Quid ſit polorum gloria

P er ſigna per miracula
Æ ternitatem comprobat.
C hriſtum dei potentiam
D ocet puella a virgine
N atum, poliq; gaudia
D onare pijs mentibus.
H æc aſſerendo occiditur
F actus ſalubris hoſtia,
S candensq; mundi verticem
C œli potitur regia.
T ibi pater laudatio,
F ili tibi potentia,
T ibiq; ſancte ſpiritus
E ſt ſplendor ante ſæcula.

I n die feſto Philippi et Iacobi apoſtolorum
Sapphicum.

In veſpere. SICVTI binę ſpecioſę oliuę
I nter excelſos apices olympi
F loribus vernant hodie Philippus,
A tq; Iacobus.

Alter ad gentes Scythię docendas
Exiens, alter ſolymas ad oras
Nunciant paſſim monumenta verę
Relligionis.
Detegunt vanos lapides habere
Dæmonas, qui ſub varijs figuris
Semper humano generi latenter
Inſidiantur.
Media nocte. Dictus eſt frater domini ſecundus,
Quod fere vultus ſimiles haberet,
Quodq; cognatus, ꝙ et æmulator
Maximus eſſet.
Lineus ſemper fuit illi amictus,
Nullibi vinum legitur bibiſſe,
Aut comas vſq; (quia nazareus)
Excoluiſſe.
Sanctus e fauſta genitricis aluo
Dum dei prolem docet eſſe Chriſtum
Mox ab excelſa Salomonis æde
Præcipitatur.
In aurora. Dum quieturus repetit Philippus
E ſcythę brumis Aſię penates

P er crucem diuos adit, et coronat
M orte ſenectam.
E t licet plures fuerit per annos
I lle poſt palmam viridis ſodalis
C æſus, at lux hęc celebri triumpho
S uſtulit ambos.
A mbo vos ergo niuei quirites
I udicaturi duodena mundi
R egna fœlici ſuper aſtra ſemper
V iuite ſęclo
T rinitas vno veneranda nexu
S it tibi virtus, honor, et poteſtas,
C uius æterno, ſtabiliq; nutu
C uncta mouentur.

I n die feſto Barptholemæi apoſtoli
S apphicum.

I n ve= ſpere. REGIAE prolis colimus triumphum,
Q ui ſalutares opibus relictis
S emitas vitę tenuit beatę
B arptholemæus.

N anq; ab illuſtri locuples parente
S temma contempſit, nitidosq; faſtus,
V t magis claram reperiret aſtris
N obilitatem.
P rædicaturus documenta Chriſti,
E t poli regnum populos per omnis
V iſit armenos, peragrauit indos,
A tq; pelasgos.
M aximi clemens moderator æui
T rine perſonis deus, atq; ſimplex
N umen, enixe tibi ſupplicamus
C rimina laxes.

I ambicum.

Media nocte. CHRISTVM reuelat gentibus
G angeticis, et quę Leui
H ebraice conſcripſerat
C onuertit in chaldaicum.
D irum catenat dæmonem,
Q ui toties deluſerat
D ecepta corda numine
F alſo deorum manuum.

N igrę comę, atq; candidus
A mictus intra purpuram
H unc prodiderunt incolis
T etro monente ſpiritu.

I n aurora. C utem trahunt atrociter
A poſtolo ſatellites
C ruore prorſus vndiq;
C urrente tanq; flumine.

D oloris ardor maximus
C hriſti perurget militem,
Q ualem nec vnq; promere
H umana lingua ſufficit.

I nde amputauit carnifex
I lli caput ſanctiſſimum
E t diſſoluto corpore,
M ens alma cœlo redditur.

D eo patri ſic claritas,
E iusq; proli candidę
C um ſpiritu dulciſſimo
P er cuncta mundi ſæcula.

I n die feſto Matthæi apoſtoli Sapphicum.

In veſpere. FESTA lux intrat, noua ſtella ſurgit,
Clara Matthæi redeunt trophæa,
Quæ coæquatis oriens diebus
Libra ſerenat.
Ille terrenis inhiando lucris
Unica tantum ſibi iuſſione
Edita, nummis ſequitur relictis
Illico Chriſtum.
Publicanorum coeunt cateruæ,
Atque famoſi ſcelerum reatu
Gratiæ ad fontem. Phariſæus autem
Murmurat atrox.
Unus eſt diuum ſacer imperator
Triplicis formæ facie ſub una,
Qui polum, terras, tumidoſque fluctus
Temperat alti.

Endecaſyllabum.

Media nocte. O FOELIX nimis, et beate doctor,
Cuius melliſluo nitore linguæ

N obis tradita ſunt colenda geſta
C hriſti, quem peperit puella virgo.
H umana effigies tuam figurat
D icendi ſeriem, vel incohatum
A te euangelium, quod aſſeuerat
M ortalem geneſim dei potentis.
T erras æthiopum docens per omnis,
Q uę ſunt aſſiduo calore ſolis
E xuſtę, rabiem fugas auerni,
E rrorumq; chaos procul repellis.
S anctę religionis vnitatem
P lantas, et regis, ampliasq;, demum
H ic te martyrij corona ſplendens
C œli culmine ſuſtulit beato.
E ſt cœlo deus vnus, atq; trinus
T erras, et mare continens pugillo,
D iuorumq; hominumq;, copioſa
M erces, gloria, finis, ac origo.

C horiambicum.

I n au= MATTHAEVS renuens aurea commoda,
rora. Q uę paruo et dubio tempore permanent

Æterna a ſuperis præmia rettulit
I mmenſumq; peculium.

T errenis opibus, ſtemmate, faſcibus
S pretis, diuitias vberioribus
A ugmentis, titulos, atq; propaginem
E ſt nactus ſuper æthera.

D iuino monitu publica deſerens
L ucra euangelium ſcribit, et edocet
I nter ſydereos munere principes
D efunctus mage publico.

N unc illum populi magnaq; climata
M undi præcipuis laudibus efferunt.
N unc illum celebrant agmina cælitum
F aſtis candidioribus.

T u ſic o ſapiens conſul et inclyte
P ræco virginei germinis accipe
Q uas nunc ſupplicibus vocibus egimus
S olennes cerimonias.

O numen triplici ſchemate ſplendidum
O indiuiduo fœdere lucidum
T u terras, maria, et ſydera temperas
Æquali moderamine.

In die feſto Simonis et
Iudę apoſtolorum
Sapphicum,

In veſpere. GAVDEANT plebes hodie fideles,
Inclytus Simon, nitidusq; Iudas
Magna conſurgunt duo luminoſo
Sydera cœlo.
Alter Ægypti ſpatioſa tecta,
Alter anguſti ſinuoſa ponti
Regna luſtrantes iaciunt amatę
Semina pacis.
Iſte Thadæus, Cananæus ille
Ambo ſobrini domino fuere,
Ambo germana vice pertulerunt
Aſpera fata.
Cœlici ciues venerantur vnum
Te deus, trinumq; fatentur eſſe,
Sicuti molem triplicem ſub vna,
Mente gubernas.

Choriambicum.

Media nocte. HI ſunt ætherei fulgura luminis,
Sub quorum meritis turba fidelium
Sperat cæligenum limina ſcandere,
Et fœlix ibi viuere.
Huc totis animi tendere viribus
Cunctis repoſitis mens pia nititur
Verę diuitię, veraqꝫ culmina
Hic ſunt, veraqꝫ gaudia.
Momentis breuibus terrea gloria
Tranſit. Delicię carnis ad vltimum
Vitę ſunt veluti fumus in aere
Et flans aura volatilis.

In aurora. Occumbunt gladio lucida pectora,
Quorum ſub gemino corpore tunc erat
Mens vna in domino condita, et inuicem
Cor vnum, vnaqꝫ gratia.
Cęduntur velut agni ſine murmure.
Crudeli ferit ictu manus impia
Lictoris, reſonant anxia guttura
Laudes et pia Carmina.
Exuti pariter pondere carneo
Tranſcendunt hilares aurea ſydera.

O q̄ nectarea empyrea curia
O ccurrens dedit oſcula.
O ſimplex deus, o trina potentia
T e ſemper colimus, menteq́ ſupplici
T e mundi columen, dulceq́ præmium
D iuorum fore credimus.

I n die feſto Matthię apoſtoli in veſpere
Sapphicum.

AXE phœbeo reuolutus annus
E xplicat qualem celebrandus omni
L aude Matthias meruit ſupremo
C ardine palmam.
M orte ſublato Schariotthe Iuda
V ndecim Petro duce congregatis
S orte biſſenum numerum peregit
N umine plenus.
E t licet ſortes vetitę legantur,
H ic tamen cœli monitu creatur
S ortibus. Poſt hac prohibentur omnes
L ege perenni.

M ira ſors poſtq̃ ſtatuente cœlo
C ulmen indulſit tibi dignitatum
P ontifex, præcoqꝫ dei fuiſti
V ndiqꝫ clarus.

M edia noćte. N unciaturus noua iura mundi,
E t nouum fœdus patrias per vrbes
I pſa Iudææ ſpecioſa gentis
A rua petiſti.

H ic caput ſpećtat ſolymos penates
A rx ſuper pingues ſolidata montes,
Q uæ ſyon rećte vocitatur, et fert
A rdua templa.

H ic ſalutaris documenta vitæ
S pargis in primos populi ſenatus,
I nde per terras et amena circum
O ppida tranſis.

I n aurora. D ulce duorum decus, et beato
A gmini compar duodene princeps
A ure clementi pia ſupplicantum
A ccipe vota.

S icut in caſus patienter omnes
S emper iuiſti, ſuperare ſic nos

O q̄ nectarea empyrea curia
O ccurrens dedit oſcula.
O ſimplex deus, o trina potentia
T e ſemper colimus, menteq́; ſupplici
T e mundi columen, dulceq́; præmium
D iuorum fore credimus.

I n die feſto Matthię apoſtoli in veſpere
Sapphicum.

AXE phœbeo reuolutus annus
E xplicat qualem celebrandus omni
L aude Matthias meruit ſupremo
C ardine palmam.
M orte ſublato Schariotthe Iuda
V ndecim Petro duce congregatis
S orte biſſenum numerum peregit
N umine plenus.
E t licet ſortes vetitę legantur,
H ic tamen cœli monitu creatur
S ortibus. Poſt hæc prohibentur omnes
L ege perenni.

Mira ſors poſtq́; ſtatuente cœlo
Culmen indulſit tibi dignitatum
Pontifex, præcoq; dei fuiſti
Vndiq; clarus.

Media noƈte. Nunciaturus noua iura mundi,
Et nouum fœdus patrias per vrbes
Ipſa Iudææ ſpecioſa gentis
Arua petiſti.
Hic caput ſpeƈtat ſolymos penates,
Arx ſuper pingues ſolidata montes,
Quę ſyon reƈte vocitatur, et fert
Ardua templa.
Hic ſalutaris documenta vitę
Spargis in primos populi ſenatus,
Inde per terras et amena circum
Oppida tranſis.

In aurora. Dulce duorum decus, et beato
Agmini compar duodene princeps
Aure clementi pia ſupplicantum
Accipe vota.
Sicut in caſus patienter omnes
Semper iuiſti, ſuperare ſic nos

Proſperam mundi ſimul et ſiniſtram
Effice ſortem.
Sanguinem Chriſto roſeum dicaſti
Tu trucidatus rigida ſecuri
Vnde ſublimi ſolio locatus
Æthere regnas.
Vnus et trinus deus ante ſæcla
Eſt, et immenſa bonitate regnat
Iuſtus, et rectus, pius, ac benignus
Semper in omnes.

In die feſto Lucæ Euangeliſtæ
Sapphicum.

In veſpere. LANGVIDAE *mentis medicina dulcis,*
Et nouæ legis generoſe rhetor
Extulit Chriſtum tua lingua docto
Schemate Luca.
Ipſe fecundo recolenda fratrum
Geſta dictatu procul edidiſti,
Quæ ſuo magnus memorat frequenter
Nomine Paulus.

T e, ꝙ a ſacro tua ſcripta primum
I ncohas, recte vitulus figurat,
S ic tuos vultus ſpeculata mens eſt
E zecielis.

M edia nocte. A lma florentis Syriæ propago,
C œlibis vitæ venerandæ cultor
I pſe picturæ titulo fuiſti
A lter apelles.

A rte tu par Hyppocrati medendi,
A rte dicendi ſimilis Saluſti,
A rte ſculpendi Phidiam ſecutus,
P raxitelemq́.

G entium doctor comitem fidelem
T e ſibi ſemper patrias per omnis
D uxit, et tanto ſocio carere
N oluit vſq́.

I n aurora. I am fatigatus ſenio labantem
D eſeris vitam. Tenuere ſancta
M embra bithyni celebres alumni
G entis achiuæ.

T u domos terræ luteas relinquens
A ureum cœli ſuperas cacumen,

Qua quies ſumma eſt, et amœna rident
Ocia pacis :
Hic patet portus placidę ſalutis,
Hic maris longo ſalientis æſtu
Nauitę feſſi fragilis carinę
Carbaſa ſoluunt .
Trinus in cœlo deus eſt, et vnus
Omnium rerum ſpeculum perenne,
Cui genu tellus, polus, et profunda
Tartara flectunt

In die feſto Marci Euangeliſtę
Sapphicum

In veſpere. VERE iam pleno virides per agros
Mane ſpargenti roſeum decorem
Exerit pulchros oculos ab almo
Vertice Marcus
Prefiguratur facie Leonis.
Quod per incultos aditus eremi
Semitas vocem domino parantem
Scribere cœpit .

H ic fuit Petri ſapiens alumnus,
F idus aſſecla, aſſiduus miniſter,
N uncius creber varias ad oras,
S tirpe leuites.

M edia noćte.
C iuitas ingens venetis in agris
E ſt ab antiquis Aquileia dićta,
Q uod ſinu clari latices Timaui
C olligat amplo.
H uc patens diui monitu magiſtri
M arcus inſtruxit populum ſalubris
Lege doćtrinę, celebriq; ſcripſit
D ogmate Chriſtum.
A nte ſublimes fugitans honores,
H ic, ſibi cultro mutilaſſe fertur
P ollicem, ne ſic fieret ſacerdos
T empore quoq;.

I n aurora.
V rbe Alexandri merito creatus
P ontifex, qui tum proprijs carerent
& de communi ſtatuit cateruas
D iſcipulorum.
P rędicans cœli dominum furore
F laminum vicos trahitur per omnes

Fune, colliduntſilices acutę
Tempora et artus.
Vnde pœnarum cruciatus æſtu
Inter orandum, et lachrymas frequentes
Spiritum carnis laqueo ſolutum
Condidit aſtris.
Machinam trinam triplici figura
Tu deus cœlo ſpeculans ab alto
Quos pio verſu modulamur hymnos
Accipe clęmens.

In die feſto Marię Magdalenę
Sapphicum.

MAGDALI princeps mulier venuſta,
Quę fuit ſeptem maculata noxis
Iuit ad Chriſtum gemebunda nardi
Sagmata portans.
Supplici geſtu veniam precata
Fudit vnguento caput, oſculata
Eſt pedes, lauit lachrymis, inunxit,
Crineq; terſit.

Sagmata; legebat' & legendū ē: & pro unguentis ponuntur. Interdū .n. Sagmata dicūtur unguenta, q̄ succo constant, q̄ distillationes.

Murmurat Simon. Pius at redemptor
Protegit dulci elogio puellam,
Cui relaxauit, quia multum amauit,
Crimina multa.

Hanc ſibi fecit famulam pudicam,
Cuius in tecto comedit, quieſcit,
Orat, hortatur, docet hoſpitatur
Languida ſanat.

Media nocte. Laudat æternam Mariæ quietem
Sæculis nullis ab ea auferendam,
Quæ ad pedes eius tacita audiebat
Dogmata ſancta.

Fleuit ut flentem Mariam intuetur
Ille, cum buſto exanimum iacentem
Lazarum e nigro reuocauit orco
Quattriduanum.

Hæc inixabuſto comitata planctu
Vſque ad atroces obitus magiſtrum
Nec crucem liquit miſerans, nec atri
Saxa ſepulchri.

Ipſa quæ uiuo obſequioſa ſeruit
Mortuo impendit quoque ſeruitutis

smegma, tis: di ... illud, quod purgat. Est et generale nomen: quo medicamentum omne significatur, quod valet ad emaculandam faciem et abstergenda corporum dehonestamenta.

I n au- rora.

I ura, odorato gelidum perungens
S migmate corpus :
C hriſtus apparet tibi Magdalena
A nteq̃ cunctis alijs pateret
F ratribus, quum de tumulo ſubacta
M orte reſurgit.
M ox tuo poſthac ſociata fratre,
A tq; germana, ſolymis ab oris
T rajcis pontum veniens ad arua
M aſſiliorum.
H is fida intonſis ibidem capillis
S ubter abſtruſis ſpecubus moraris
D eligens extra populos eremi
S quallida tecta.
H ic frequens, terram ſuper, eleuaris,
Q uum deos oras. Diuturna poſtq̃
T empora impleſti moriens, olympum
T ranſilyſti.
T e deus diuum celebrant corone
V nicum mundi columen ſub vna
M ente, Tu mira ratione trinus
S emper et vnus.

In die feſto Stephani protomartyris Sapphicum.

In veſpere. MARTYRVM primus pugil, et leuita
Fulget immenſo Stephanus nitore,
Qui ſtolam lauit lapidum ſub ictus
Sanguine ſparſo.
Vnus e ſeptem vegetus miniſtris
Quos duo et deni ſtatuere patres
Sicuti vernans roſa ſuauitatis
Spirat odorem.
Ante hebræorum rapitur tribunal,
Ac ibi omnino nihil expaueſcens
Audet æterni ſobolem parentis
Dicere Chriſtum.
Media nocte. Vt loqui coram ſolymo ſenatu
Cœpit, En cœlum video patere,
Et patris dextram genitum tenentem
Mox lapidatur.
Quumq; ſaxorum quateretur acri
Mole depoſitis genibus precatur
Id nephas laxet deus, et potenter
Numina clamat.

S uſcipe o (dixit) mea diue Ieſu
P ectora, et mentem, neq; perpetratum hoc
H oſtibus crimen ſtatuas, ſed illis
P arcito clemens.

I n au= rora.

S axa torrentis precioſa clarum
D ant tibi ſertum protomartyr alme,
E t tuo lucent ſuper omne ſydus
Tincta cruore.

T u quidem vere fidei magiſter
T eſtium primas merito vocaris,
Q ui deo fruges prior obtuliſti
P rimitiarum.

V t remiſiſti iniurias tuorum
H oſtium, ſic nos ſtratagema docti
H oſtibus ſemper ſtudeamus vltro
P arcere noſtris.

L ux ſub æterna paritate ſimplex,
A tq; perſonis tribus explicata
C armini noſtro, precibusq; læto
A nnue vultu.

I n die feſto Laurentij martyris Sapphicum.

In veſpere. DA Triumphalem celebrare palmam
Diue Laurenti tibi, purpurate
Cardo romani laris, et propago
Gentis iberę.
Tu leuitarum caput in latina
Vrbe dum Xyſtus ſenior ſedebat,
Cuius illuſtrem ſequeris coronam
Corde flagranti.
Laurus et nomen tibi fert, et omen,
Qui triumphata rabie tyranni
A poli magno duce laureari
Promeruiſti.

Media nocte. Dum ſilet tellus, et olympus ardet
Syderum flammis moderatur æſtus
Sirio paulum cane temperato
Noctis ob vmbras.
Xyſtus ad pugnam moriturus ibat,
Quem ſacer ſic alloqueris miniſter
Quo pater vadis ſine me leuita?
Quo bone paſtor?
Abſq; me nunquam ſacra tu litaſti
Quid tibi in me diſplicuit ſacerdos?

N e' tuum linquas puerum fidelem
M axime flamen.
P ontifex inquit, Minime relinquo
C hare te fili, tibi pręparatur
P rœlium maius, triduo peracto
I pse ſequeris.
In aurora. M ane crudelem Decius parari
T unc tibi mortem iubet. Afferuntur
I gnis et prunę, fabricatur ingens
F errea crates.
N udat inſignem iuuenem ſatelles
T e', ligat duris tua membra vinclis,
E t ſuperponit decies cremanda
I gnibus atris.
M iles aſſaris generoſe. Ludens
V erte combuſtum latus (inquiebas)
V erte præfecto, ſatiare toſtis
C arnibus atrox.
T um quieturus ſtatione tuta
S piritum reddis ſuperum cateruis,
A tq; victricis retines coronę
N omina clara.

Totius mundi ſator et redemptor
Triplici pollens operatione
Vnius ſceptri tibi ſit perenni
Gloria laude.

In die feſto Gregorij Papę
Sapphicum:

In ve= ROMA quę tantum decus edidiſti
ſpere. Quid triumphales meditaris artus?
Cogita magnum peperiſſe mundo
Gregorium te.
Te quidem terris faciunt trophęa
Aſſequi famam cito tranſituram:
Hic tibi ęternum facit eſſe nomen
Doctor in aſtris:
Moribus ſanctis, ſophiaq; dulci
Eſſe te fecit probitatis aulam,
Atq; maiori tua geſta Laude
Nobilitauit.
Media Spernit antiquum generis cacumen
nocte. Dedicat pulchram ſuperis iuuentam:

Indigis grandem cumulum relinquit
Diuitiarum.
Conſtruit diuum veneranda templa:
Cœnobitarum fruitur quiete:
Litteris ſacris operam dat: ampla
Dogmata ſcribit.
Ille Traianum reuocans ab Orco
Efficit dignum ſuperum cateruis:
Suſcipit Chriſtum miſeri ſub ore
Effigiatum.
In aurora. *Præſulum firmo populiq; voto*
Pontifex factus fugit, et latebris
Abditur ſe non ratus eſſe dignum
Culmine tanto.
Deliteſcentem fouea ſub alta
Abſtrahunt ciues: triplici coronant
Flamines ſerto, faciuntq; Petri
Scandere ſedem.
Qualibus vero ſtudijs et arte
Geſſit iniunctum ſibi principatum
Plura teſtantur monumenta, totus
Prædicat orbis.

S umme diuorum deus vnitate
S implicem nos te veneramur vna,
A tq̧ diſtinctum fore trinitate
C redimus omnes.

In die feſto Ambroſij Pontificis
Sapphicum.

In ve= STIRPE Romani genitum Quirini
ſpere. P rēditum multa ſophię nitore
I nter heroas tulit alma virtus
A mbroſium: qui
V ix adhuc infans tenues ſub auras
V enerat: quum ſe celebrem futurum
P rodidit mire genitore tanta
S igna ſtupente.
I ntrat infantis recubantis ora
V is apum pernix abigente ſerua,
I ndeq̧ abſcedens celeri volatu
A ſtra petiuit.
T erritus dixit genitor notabunt
G randę portenta hęc aliquod: fuitq̧

Quando cœleſti peperit loquela
Mellea ſcripta
Media Tunc ad Inſubres ierat ſenator:
noƈte. Quum magiſtratu recipit relicto
Infulam, et magnus populi ſacerdos
Vociferatur.
Ne foret præſul fugiebat ille:
Obſtitit cœlum: vetuere cives:
Vrbs reſiſtentem trahit, et ſacrata
Sede reponit.
Suſcipit pondus patienter: omnes
Mentibus vires adhibet regendis
Creditas ducit pecudes ad ampla
Paſcua vitæ.
In au= Pontifex ardens, ſolidusque doctor,
rora. Hæreſum mucro, ſcelerumque vindex
Non timet Reges, hominumve quemque
Fulminis inſtar:
Imperatorem nocuum reprehendit:
Arcet a ſacris, adituque templi:
Nec minæ terrent animum: nec vlla
Munera flectunt.

E docet, ſcribit, regit, atq; paſcit,
V rget, hortatur, rogat, increpatq;,
E t ſeneſcentes, remeans ad aſtra,
D eſerit artus.
G loriam ſummo canimus parenti;
G loriam nato modulamur omnes:
V nde procedit paracletus alma
Lux vtriusq;.

I n die feſto Auguſtini Pontificis
Sapphicum.

In ve- LAVDIBVS cœlum reſonet canoris:
ſpere. T erra fœlices recolat triumphos:
S plendet immenſi libycis ab oris
F ulguris ardor.
D octor inſignis datur e ſupernis
Æ dibus: qui nos inopes beato
M elle doctrinę, placidoq; amore
N utrit olympi.
Quę fuit tantum ſophię nitore
I nter illuſtres celebrata patres

Sicut Aureli tua mens, et ingens
Ingenij ius?
Magna Carthago, latiæq; gentis
Roma ſupremum caput, atq; Ganges
Indus agnouit, danaiq; et omnis
Barbara tellus.
Matris ardenti gemitu nocentes
Linquis errores medio iuuentę
Flore, dum ſacro pater abluiſti
Flumine crines.
Media noc'te. *Noctis inceſſus mediç ſoporem*
Sedat. Aſſumptis igitur camœnis
Nitimur claram Lybies decorem
Promere cantu.
Deliç ſplendor nebullas repellit:
Orbis arridens faciem ſerenat,
Atq; iucundum facit eſſe ſparſo
Lumine cœlum.
Quis valet quoq; recitare ſtylo
Quot pias fudit lachrymas: quot acres
Corde tranſfixo ſuperum ſagittis
Pertulit æſtus?

Quotue deducta ratione cecis
Agnitam fecit fore veritatem
Quando deuicit manichæa caſtra
Dogmate miro?
Codices altos quot in arte quauis
Edidit viuens memoret quis vnq̃.
Et quot ingentes ſubijt labores
Ob pietatem?
Hic ſacerdotis titulo decorus
Flamines vna reſidere fecit
Æde, et inuiſis opibus ſub arcta
Viuere norma.
Eſſe communem voluit ſuorum
Et penum, et nũmum, et tunicã, et libellũ,
Quemlibet luxum prohibens, genusq;
Omne peculi.
In au- Lucifer claro redimitus ore
rora. Mandat auroræ thalamum relinquat,
Et ſimul iunctis Lycium quadrigis
Ducat in orbem.
Huc piæ voces reſonent: et omne
Carmen in laudes ſenis aphricani:

S plendicat ſub quo reparatus ordo
R elligionis.
P ontifex illum fugitans honorem
H ipponis fit per populum frequentem:
Q uodq; vitabat fieri, coactus
E ſſe iubetur.
P rſulum ſydus: fidei corona:
G emma doctorum, titulusq; patrum
Q uando maturam tetigit ſenectam
S candit in axem.
N unc poli fuluo decorantur aſtro:
C uius accenſi radij coruſcant
V ſq; ad externas patrias, et orci
C oncaua luſtra.
E rgo ſublimem retinens cathedram
I nter excelſos ſuperum ſenatus
M agne dux almos tueare cœtus
C hriſticolarum.
S it tibi rerum genitor beate
S it tuę charę ſoboli perennis
L aus, paracletoue, quibus triformis
M achina ſeruit.

I n die feſto Hiero=
nymi presbyteri
Sapphicum.

DALMATVM ſplendet generoſa proles
F idus interpres vtriusque legis
V nica hebrææ, danaæ, et latinæ
G loria linguæ.
F lamen vrbani laris, et ſenator
D eſerit faſces, populique turbas
L ugubris vitæ, taciteque eremi
C aptus amore.
T rajcit pontum celeri carina:
V aſta deſerti loca peruagatur;
E t rudi ſacco trabeis relictis
C ontegit artus.
Media nocte. P ectus ingenti rigidoque ſaxo
S ingulis inter lachrymas diebus
A nte vexillum crucis eiulando
P ercutiebat.
F ert cibum radix, et agreſtis herba:
F rigidi potum latices miniſtrant:

Artubus feſſis tribuit cubile
Humida tellus.
Luſtra dant noctu tegumen: Leones,
Scorpio, et Serpens comites habentur
Hic: ſitu squallet caput: vſta membra
Solibus horrent.
In aurora. Bethleem longo ſenio graueſcens
Pergit: et ſubter celebrata ſancti
Saxa præſepis ſibi concauatam
Conſtruit ædem.
Hic pios fundit meditando fletus:
Scribit, et transfert idioma multum,
Poſtq̃ prolixos gemitus ad arcem
Tranſit olympi.
Martyr immenſos patiens labores,
Doctor, et cœlebs triplici corona
Cingitur cœlo, meritis q; toto
Emicat orbe.
Sit decus patri, genitoq; ſemper:
Pneumati ſancto ſit honor perennis:
Qui ſimul regnant paritatis vno
Fœdere iuncti.

In die feſto Dionyſij Pontificis Ruſtici et Eleutherij martyrum Choriambicum.

C ollega gemino iam Dionyſius
S tipatus, celeri prębendere brauium
C urſu promeruit, diraq; vincere
S ub Chriſto duce prętia.
E leutherius et Ruſticus inclyti
I lli ſunt comites: qui ſine murmure
C eruices hodie, collaq; ſpiculo
V ltro, ſponteq; porrigunt.
D e carnis gelido carcere liberi
S candunt Elyſij lęta habitacula,
A c inter ſuperos alta ſedilia
I ucundi ſimul obtinent.
O magni proceres almaq; pectora:
Q ui fuſo ingenuo ſanguine ſydera
E miſtis, breuibus parta laboribus
S unt vobis ea gaudia.

Media nocte. N ox terras operit ſole ſub æquora
M erſo, et dat tacitum tempus, et auribus

G ratum: nunc reſonent dulcia carmina
V ictorem Dionyſium .
G entes cecropidum Paulus apoſtolus
D um viſit, Sophię culmine principem
I n Chriſtum dominum hunc credere cõpulit
S ignis, et rationibus,
V italis laticis fontibus abluit:
P ręclaris etiam moribus imbuit,
P andens quę triduo in cęlſa cacumina
Cęli raptus adhauſerat .
Poſtq̃ martyrio Paulus in ęthera
A ſcendit, latius præſul ad vltimos
G allorum populos mox Dionyſium
P atrem dirigit et ducem .
In aurora. Auroram nitido lucifer excitat
O re, et Stelliferi ſydera cardinis
M aiori ſuperans lumine, detegit
P hœbœum iubar et diem .
T am feruens amor, ac inuiolabilis
I n Chriſtum pietas martyri inheſerat:
V t mallet gladio occumbere celtico:
Q uam chriſto ſine viuere,

E leutherius et Ruſticus vnice
C hari, et intrepidi in caſibus omnibus
C onſortes, adeunt aſpera funera.
V na, dulceq; premium:
D ulcia accipiunt ęthere limina:
S ecuram requiem: fine carentia
R egna. At vos animę viuite, et aurea
S emper ſecula ducite.
O numen triplici lumine ſplendidum:
O ſimplex deus: o maxime conditor
M undi, te colimus, teq; per omnia
P atrem ſecula credimus.

In die feſto Martini Pontificis
Sapphicum.

PANNONVM fœlix genus, et propago
M unus in terris celebre, et ſupernum
L ęta Martinus radians in aſtris
S ęcula ducit,
S it licet quando iuuenilis ætas
C ępit, audenti ſtudio ſecutus

A rma, ſectatus tamen ampliori eſt
P ectore Chriſtum:
Q uis fuit leni pietate maior
P auperes erga? Q uis et acriori
C orde ſe mitem, facilem, benignum
P rebuit vnquam?
S æpe mendicis famulatur vltro:
S æpe detergit famuli cothurnos:
S æpius menſæ comedente ſeruo
I lle miniſtrat.
D iuidit nudo chlamydem petenti
F rigore et bruma mage ſæuiente:
S emet indutum in miſero fatetur
V eſte redemptor.
O ptat incultos aditus eremi:
D eligit ſanctæ taciturnitatis
C ulmen: et plures comites in vnum
C ogit ouile.
Media C alliæ antiquæ populi fideles
nocte. T urones, ſacro patre deſtituti,
S ponte Martinum ſibi compulerunt
E ſſe parentem.

P ontifex factus gregis ob ſalutem
N ec mori quicꝗ timuit, nec vllum
I ngraueſcentis ſenij laborem
A bnuit vſꝗ.
L anguidos reddit modo ſoſpitati:
M ortuos vitę modo reſtitutos
I mpetrat: triſtes facit eſſe lætos:
D ęmonas angit.
E ſſe concordes modo diſſidentes
E fficit: ſoluit modo compeditos:
N aufragos ſeruat medijs ab vndis:
P aſcit egenos.
In au= I lle contempsit cito defuturos
rora. S ęculi faſtus, et opes, et auram:
E t fuit ſemper: fuit ipse Chriſtus
S ola voluptas.
Æ ger orabat: moriturus axem
S emper aſpexit: monachi gementes
C ur pater tu nos inopes alumnos
D eſeris? aiunt.
P ulchra cantantes ſuperi audiuntur
C armina, et dulci reſonare plauſu

Quando mortali ſuperauit aſtra
Carne ſolutus.
Totius mundi dominator ingens
Trinitas verax deus vnus, ampla
Tu poli, et terræ maris, ac auerni
Lora gubernas.

In die feſto Baſilij Pontificis
Sapphicum.

MAGNE *græcorum Baſili magiſter*
Pontifex: doctor: pater: inſtitutor:
Iam tuos factos celebrant cateruæ
Chriſticolarum.
Tu velut fulmen veniens olympo
Hæreſum ſectas ita diruiſti:
Vt tuo ſint ceu nebula aquilone
Ore ſolutæ.
Tu velut cœlum ſubiens columna
Ignis, ardorem ſimul et nitorem
Mentis in diuos populo dediſti
Dogmate claro.

Tu velut terris oriens ab axe
Sydus et graios procul, et latinos
Lumine effuſo patrias per omnis
Irradiaſti.

Media noćte. *Tu velut rector ſapiens, et almus*
Archimandrita a ſuperis receptam
Regulam vitę monachis beatę
Conſtituiſti.

Tu velut iuxta fluuios aquarum
Arbor expandens virides lacertos
Vberes fructus, et odora ſemper
Poma tuliſti.

Tu ſacerdotum nitor obtuliſti
Hoſtiam mundam ſuperis, et atri
Dęmonis prędam iuuenem futurum
Eripuiſti.

Ipſe paſtorum ſpeculum fuiſti:
Flaminum ſplendor: danaæq; gentis
Lumen: a cuius radio fugantur
Hæreſiarchę.

In aurora. *Ipſe nec reges, neq; principatus*
Sęculi pendens modo reſtitiſti

Improbis auſis: modo confutaſti
Iure tyramnos.
Ipſe mortales fugitans honores
Sola quæſiſti patriꝰ ſupernꝰ
Munera, et nullis abitura ſæclis
Præmia cœli.
Ipſe ſupremum penetrans olympum
Mente cœleſtes apices petiſti,
Et poli diuos imitatus aſtra
Exuperaſti.
Ipſe te ſicut ſuperis dediſti.
Sic et excelſos ſuperum triumphos
Nactus es, quando reditura membra
Depoſuiſti.
Te deus trinum, paritercꝫ et vnum
Omnium rerum colimus parentem:
Qui tuo nutu moderaris ampli
Fœdera mundi.

In die feſto Benedicti Abbatis
Sapphicum.

LVCE *iucunda rediere mundo*

Dum ver expandit radios calentes,
Cælibis vitę niueiq; cultus
Clara tropbæa:
Ciuitas cantu reſonet ſuperna:
Verticem tellus violis perornet:
Floribus ramos tegat, ac odoro
Gramine campos.
Promat argutos philomela cantus,
Vocibus luſtrent auium cateruę
Aeris tractus ſimul, et virentes
Arbore montes.
Templa ſolennes reparent honores
Flamines dulce modulentur hymno:
Efferant almum monachi parentem
Laude perenni.
Sanguinis q̃q̃ titulo decorus
Eſſet, et fulgens opibus paternis:
Vt tamen cœlo frueretur, ampla
Stemmata liquit.
Floridos annos ſuperis dicauit,
Et diu syluas coluit ſilentes,
Atq; ſpelæis latitauit, herbis

P aſtus, et vndis.
N uda per ſentes rigidos volutans
M embra, congreſſum veneris retundit:
I nde virtutum meruit probatus
E ſſe magiſter.

Media noctis.
N octis obſcuræ medio vocati
A dſumus magni recolamus acta
P rincipis: cuius micuere cuncti
P ectore vates.
L egifer Moſem generoſus æquat
F lumen e ſaxo ſterili trahendo,
A tque Dauidem pereuntis hoſtis
F ata gemendo.
S ignat Heliam famulante coruo,
A c Heliſſæum teretem ſub haſtam
E ius ad nutum redeunte lapſo
G urgite ferro.
I lle Ioannem recubans ſub antris
E xprimit: Petrum, rapiens alumnum
D e lacu ſiccis pedibus miniſtri,
V oceque Paulum.
M ortuos vitæ reuocat ſub auram:

Dæmonas pellit: ſimulachra frangit:
Soluit a vinclis: recreatq; mire,
Eſurientes.
Detegit fraudes: abigitq; lepram:
Increpat Regem: reſerat futura,
Fractaq; inſtaurat, penetratq; fratrum
Intima corda.
Ambitum mundi radio ſub vno
Lucis æternę videt, et beatos
Spiritus; necnon animam ſororis
Ire per aſtra.

In aurora. Splendor aurorę croceos ab ortu
Explicat vultus: hilares canamus
Liber e membris Benedictus alta
Sydera ſcandit.
Nouit inſtantes obitus, et horam
Ante iamdudum: Patefecit illam
Fratribus longe poſitis, futura
Signa reuelans.
Se iubet templo ſtatui grauatum
Febribus, fratrumq; leuatus vlnis
Sacra libauit, patulumq; iuſſit

E ſſe ſepulchrum.

O rat intentus facie ſupina:
S oluitur claustris pia mens ab arctis
A tq; vitali gelidum relinquens
S anguine corpus.
T unc viam plures facibus coruſcam
O bſtupeſcenti cilio tuentur:
L ucidus per quam penetrabat axem
S olis ad ortus.
S upplici verſu veneramur omnes
T e deus trina paritate ſimplex:
C andidus per quem Benedictus arce
R egnat olympi.

In die feſto Dominici predicatorum inſtitutoris Sapphicum.

GENTIS bis ſanę decus, atq; docti
A gminis princeps, fideiq; præco
A nnuę lucis tibi nunc bonores
S oluimus vna.
M atris illuſtri latitans in aluo

T e canis ſubtus ſpecie venuſta
O re geſtantis faculam nitentem
Effigiaſti.
M onſtrat inſignem niueus catellus
P rædicatorem fore veritatis
T e: nitor lucis faculæq; ſplendor
I gnea verba.
S ydus effulgens caput inſtar almi
H eſperi cingit tibi: q̃ datura
E ſſet ingentem tua vita lucem
R elligioni.
H greſum ſentes pugione ſacri
D ogmatis Chriſti reſecans ab agro
N os ab errorum lue reddidiſti
I mmaculatos.
Media C ynthius clauſo latitans decore
nocte. T emperat flammas nocui caloris,
A tq; nocturnis facit eſſe tempus
L audibus aptum.
E rgo ſolennes repetamus hymnos,
E t ſacerdotem veneremur: in quo
R oma ſecuro cubitat ſopore

Schiſmata contra.
Sæpe ſub cura tenerę nutricis
Ibat e ſtrato generoſus infans;
Et ſuper duras paleas locabat
Mollia membra.
Ad ſacerdotes ſapientiores
Mittitur ſacris puer imbuendus
Litteris:et de ſophia quod hauſit
Fudit abunde.
Ille Franciſco ſociatus vna
Dum precaretur ſuperum parentem,
Protinus diuum meritas ab orbe
Depulit iras.
Plurimos late comites coegit
Prædicatores fidei futuros;
Prole fœcunda tulit eruditum
Germinis ortum.
Virgo quę cœli retinet cacumen;
Et deum ſaluo peperit pudore
Candidę oranti tegumenta veſtis
Attulit illi.
Pontifex ſerto triplici ſerenus

V idit in ſomnis lateraria templa
L abi: et illius ſcapulis beatis
F irma teneri.
In au= O rbe' deterſo nebulis opacis
rora. A lbicat ſenſim reſeratus æther,
N osq; feſtiuo renouare laudes
Carmine mandat.
I nter ipſius numeroſa ſigna
P atris e' viua ſaliere flamma
C odices vlla ſine læſione, et
F lumine ab alto.
Q uoſdam ad extinctos reuocauit artus:
A era in cœlſum fuit eleuatus:
I uit intactus pluuia ſub atro
T urbine' nimbi.
R emiges, mercemq; periclitantes
P uppe' demerſa medijs in vndis
S upplici illæſos prece' de' profundo
T raxit aquarum.
V iſitur crebro ſuperum cateruis,
I anitor cœli comitante' Paulo
T raditis libro, et baculo decorant

C œlitus illum.

P randio diuos habet obſequentes:
A uget in menſa cererem ac biacchum
M ire: ab obſeſſis animabus ire
D æmonas vrget.

M embra caſtigat grauibus flagellis,
E t cibi et potus caritate multa,
A c ter electus renuit tiaram
P ontificalem.

C hriſtus apparens pugili fideli
H uius e vitę miſero receſſu.
A d triumphantis placidam quietem
C lamat olympi.

Q uumqꝫ defectus ſenio labanti
C ederet luci, gradibus coruſcis
V iſus eſt magni penetrare cœli
L imen apertum.

G loriam ſummę dare trinitati
C orde iucundo decet: et ſonora
V oce: quę e mundo tenebras fugauit
L umine tanto.

In die feſto Franciſci minorum fratrum
inſtitutoris Sapphicum
Alphabeticum.

ARBOR e planta tenui ſupremo
In ve= Culmine exurgens ſuperauit altas
ſpere. Arbores, fratrum (noua res) minorum
Infimus ordo:
Bellicam non hæc tulit: aſt in imo
Vt baſis quedam ſolidata fundo
Arduam in celſum ſubito columnam
Miſit olympum:
Creuit in ſummum velut alta turris
Verticem. Mitis dominatur omni
Lenitas orbi (minima ecce quam mox
Maxima fiunt)
Dixerat recte pietatis author
Chriſtus, elatos animos ab alto
Deijci, et mites humili, infimoque
Surgere ab ortu.
Ecce Franciſcus trabeas ſuperbas,
Aureas ædes, tumidumque pectus
Spreuit: et tantum ſibi terra, et aſtris

G loria creuit.
F eruor innatus teneris ab annis
H æſerat cordi ſimul et medullis
E ius in cunctos inopes; et ingens
A rdor amoris.
G randior factus releuabat ære
P auperes: ægris ita ſeruiebat
P romptus: vt quicq̃ nihil eſſet illi
L ætius vſq̃.
H oſpitem ſeſe magis arbitratus
E ſſe, q̃ ciuem pereuntis huius
S æculi; mentem in ſuperos repente
T ranſtulit omnem.
Media nocte. I bat in ſyluas, tacitosq; ſaltus
S olus: vt cœlum ſatius liceret
V iſere, et mundas agitare dulci
P ectore curas.
K anones Chriſti; titulos, et acta,
E t iugum ſuaue, et ſtudium ſecutus
C œlitem normam dedit, et ſequendam
I uſſit alumnis.
L uſit has vmbras, fragilemq; vitam

Veſte ſub vili, rigidoq; funis
Cingulo, nudus pedibus, domoq;
Paupere tectus.
Mixta ploratu lacbrymiſq; menſa
Et cibum, et potum tenuem ferebat,
Et fuit ſcamnum modo lectus, et nunc
Humida tellus.
Nauta ceu magnus ſimul aggregauit
Naufragos mundi innumeros ab eſtu
In ſuam puppim, poſuitq; cœli
Littore tutos.
Ordinem miri inſtituit decoris
Quodlibet nummi genus execrantem:
Ne leui affectu quoq; mens habendi
Inficeretur.
In aurora. Pauperum princeps, et amator ortum
Corde geſtabat memori crucemq;
Et cicatrices domini: quibus tum
Saucius arſit.
Quinq; de ſummo iaculatus axe
Vulnerum telis renouauit orbi
Iam ſeneſcenti monumenta noſtrę, et

A rma ſalutis.

R etulit poſtq̄ ſuperas in arces
C andidę vitę ſine labe fructum
V iſus eſt mundi iuga tranſilire
S yderis inſtar.

S pargitur cunctis ea fama terris:
F lamines, regesq; ducesq; honorant
I llius nomen: quod vbiq; gratum
S pirat odorem.

T ot ſub his auris poſitus patrauit
M ira, tot terris etiam relictis:
V t ſit in ſummo nihil ambigendum
V iuere cœlo.

V era diuorum requies, beata
T rinitas, te nunc veneramur, vno
A ſtra, tellurem, mare, temperantem
F œdere amoris.

In die feſto Hugonis Linconien̄ pontificis ex ordine carthuſien̄ in veſperis Sapphicum.

PLAVDE fœcundis meritis opime,
A tq; preclaris opibus referte.

Aula diuinę ſtationis, ordo
Syluicolarum.
Floribus gratis: violis odoris,
Et vireſcenti regione fragrans
Lilijs, necnon roſeo decore,
Semper abundas.
Fertiles inter frutices eremi
Stirpe de clara genitum tuliſti
Gentis Hugonem gelidę parentem
Linconiorum.
Terra frigeſcens aquilone crudo,
Atq; nocturnis nebulis opaca
Sole feruenti caleſit, ſimulq;
Irradiatur.
Ille virtutum cupiens cacumen
Scandere, in ſyluas properauit, atq;
Carthuſinorum taciturna clauſtra
Sponte ſubiuit.
Aſt ibi quanto domuit rigore
Impetus acres viridis iuuentę,
Et quibus pennis penetrauit aſtra
Dicere longum.

Laude feſtiua veneretur orbis
Numen æternum triplici figura:
Quæ polos, terram, tumidosq; fluctus
Temperat alti.

Choriambicum.

EXPANSIS radijs lucida corpora
Media Tractus aereos, altaq; climata
nocte. Luſtrant. Oceani nante ſub equora
Phœbea facie argentea Cynthia
Telluris loca candidat.
Primis excubitor cantibus incipit
Ales de tepidis cire cubilibus
Ad ſacros modulos ora ſilentia
Et ſomno reſidi torpida pectora
Ad Chriſti pia limina.
Hugonis colimus candida funera:
Quæ magno celebrat læta Britannia
Faſtu, et præcipue Lincon amicior:
Cui dum pontificis culmine preſuit
In cunctis fuit vtilis.

C unctis hoſpitibus: pauperibus quoq:
P upillis: viduis ſemper: et orphanis
M iſit quottidie plurima munera
G ratus flaminibus, gratus et omnibus
M orum lumine regibus.
L eproſos (quoties his fuit obuius)
A mplexu tenuit: tradidit oſculum,
P acemq a ducibus belligerantibus
E ffecit fieri, dulceq vinculum:
Q uo duplex amor additur.
S tructura celebri maxima condidit
Phana, et ſub cophino dorſa tenerrima
P onens, et lateres, et ſabulum tulit:
T emplorum titulos, iura, tyrannide
V icta reddidit integra.
T e nunc ſupplicibus cordibus o deus:
Q ui trinus reſidens in ſolio pari
Aequali imperio ſæcula temperas,
O ramus ſcelerum ſoluto vincula,
E t da ſydera ſcandere.

H ypercataleticum.

M

ALBVNAE ſurgit ſplendidus ardor:
In aurora. Q ua ſol ad primos ducitur ortus:
E xultet cœlum laudibus omne:
D e die ſacro præſulis almi:
Q uem peperit Carthuſia.
I am nox diei cedit, et æthre:
I ucundo voces carmine pangant
Q uot ſigna fecit prodigioſa
C œleſti ſemper numine plenus:
Q uæ noua ſunt preconia.
E xemit de langoribus ægros
E xtemplo: necnon exanimatum
I nfantem viuę reddidit aurę:
H umano a cœtu dæmonas egit
S æpe futuri præſcius.
C ęcos, et claudos, ac furioſos
C urat. Poſtremam funeris horam
P redicit. Lecto languidus vnq̃
N oluit veſci carnibus, arctans
S e cilicino tegmine.
E x huius ergo carcere vitę
O rans exiuit candidus heros,

A t inter turmas cœlicolarum
I ucundus cœli caſtra petiuit
T ectaq; fœliciſſima.
S olennes pompas exequiarum
P rincipes almi, pontificesq;
M itra fulgentes exhibuerunt.
A t duo reges dorſa feretro
S uppoſuerunt inclyta.
R omanus præſul, purpureiq;
P atres oſtentis bis trutinatis,
E t mundis actis, rege britanno
P oſcente, in diuos connumerarunt
V nanimes aſſenſibus.
P oſt octoginta circiter annos
T ranslatum a prima mole ſepulchri
I nuentum eſt corpus integritate
I lla recenti: qua tumulatum eſt,
F luxit oliuum e marmore.
T e deum nutu cuncta regentem:
Q uem trinum, et vnum credimus eſſe,
C oncordi voto glorificamus.
S it tibi ſoli gloria perpes
Omne per æui ſæculum.

In die feſto Thomę Aquinatis
ordinis prædicatorum
Sapphicum.

GAVDET hybernis ſpoliata rugis
Terra: iucundos renouata vultus
Induit. Fit nunc hilaris benigno
Sydere mundus.
Splendet æternum iubar ex Aquino
Stemmatum: formę: generoſitatis:
Nominis: vitę: ſophięq; magnus
Culmine Thomas.
Regia claros habuit parentes
Stirpe: ſublimes quoq; principatu:
Diuites rerum: generoſiores
Relligione.
Mater infantem retinebat aluo:
Quando præſago Bonus ore dixit
Prædicatorum pia ſepta patrum
Mox aditurum.
Traditur charus puer in Caſino
Moribus, primaq; latinitate,

I nter illuſtres Benedicti alumnos
I nſtituendus.
H auſit hic ſanctę monumenta legis.
H ic bibit nectar ſpeculationis,
H isq; conceſſit ſtudijs in vrbem
P arthenopæam.

Media A rua fœcundo gremio vireſcunt:
nocte. A ſtra ſcintillant radijs coruſcis:
A tq; feſtiuus ſtrepit innouato
C armine flamen.

Huc ſacer doctum ſtudioſe cœtus
P erge: doctorem celebrato: cuius
O ra diſtillant, digitiq; claro
D ogmate myrrham.

V ix adhuc primis adoleuit annis
Q uum bonas artes bene doctus iuit
A gmen in ſacrum, velut eſt propheta
V aticinatus.

M ater obſiſtit: ſtrenuiq; fratres
M ilite inſtructo: inſidijs paratis
C autius Thomam ſenonas petentem
P ræripuere.

Clauſus excelſa retinetur arce:
Sacra deponat tegumenta iuſſus
Non metu: non illecebris parentum
Flectitur vllis.
Hic nouę carpsit; veterisq́ dulcem
Paginę ſuccum: ſacra ſenſa nouit.
Hic ſuit factus quoq́ caſtitatis
Munere dignus.
Ille ſic annis ſteterat duobus
Quando poſtremo ſuperata. natum
Iuſſit optatę genitrix caterug.
Reſtituendum.
In au= Delium nigro reuocans ab orco
rora. Surgit eois noua lux ab oris
Ex humo Thomas hodie ſupernas
Tranſit in arces.
Huc pij cantus veniant: huc omnes
Vocis annixus, animiq́ vires.
Huc et alterius vicibus miniſtrent
Organa plauſus.
Mira doctrinę mage comparauit
Dona feruenti prece, q̄ labore:

S ic et abſtruſas quaſi queſtiones
P rodidit omnis.
O rat, et, terram ſuper, eleuatus
S uſpicit Chriſtum liquido aſtruentem
I pſe ſcripſiſti bene cuncta de me,
D ogmata Thoma.
Aeger: et ſtrato poſitus legebat
C anticum Regis Salomonis: ac ſi
N uptias vitę peteret relicto
P ondere carnis.
I nſtar effulſit rutili cometę
S tella dum Thomas moriturus eſſet,
A tq; eo laſſis abeunte membris
F luxit in auras.
S uaue ſpirauit tumulo cadauer,
S igna: quę claros obitus ſecuta
P ræditum ſumma fore ſanctitate
T eſtificantur.
L anguidi primę modo ſoſpitati,
M ortui vitę modo reſtituti
A rduum cœlo retinere culmen
A dſtipulantur.

Trinitas vno recolenda nexu,
Atq; ſupremo veneranda niẋu
Supplici te nos animo fatemur
Omnipotentem.

In die feſto omnium ſanctorum quod
Pantheon dicitur Sapphicum.

OMNIVM diuum memorande Cœtus
Qui ſupra cœli nitidum cacumen
Lætus arrides, odie tibi lux
Annua ſurgit.
Ergo ſublimes recitare palmas
Tot ſimul iunctis libeat triumphis
Atq; feſtiuo reſonare dignas
Carmine laudes.
Simplici nos te deus vnitate
Trine cunctorum ſuperum monarcham
Eſt opus primum celebrare: Quorum es
Gloria ſolus.
Sit tibi ſemper decus, et poteſtas:
Sit tibi ſplendor, ſit honor perennis:

Cuius immenſa bonitate ſummus
Gaudet olympus.
Media Virgo quę cœli imperio potiris
nocte. Tu ſalutari ſine labe fętu
Orbis antiquum ſcelus expiare
Promeruiſti.
Principi ſummo celeres miniſtri
Semper adſtantes: citoq́ exequentes
Iuſſa, nos omni procul a periclo
Eripiatis.
Ad deum noſtros geritis precatus
Vos, ab infeſti furijs auerni
Marte nos duro fragiles tueri
Inuigilatis.
Magne præcurſor domini: prophetę:
Et patres primi celebres alumni
Legis antiquę, ſuper aſtra dulci
Viuite ſæclo.
Ianitor cœli Petre: Diue Paule
Gentium doctor, reliquiq́ fratres
Iudices mundi ſimul affuturi
Eſtis in aſtris.

In au-rora. Martyres, et vos ſidei columnę
Præſules almi: niuei leuitę,
Tuqꝫ fœlici pia cœlibatu
Plebs monachorum.

Vos et innuptę et ſuperis dicatę
Virgines: ſanctę viduę, et iugalis
Caſtitas, cuncti quoqꝫ confitentes
Dogmate Chriſtum:

Plaudite æterna charitate iuncti:
Qui voluptates cito tranſituras
Spe quidem vitę melioris vltro
Deſeruiſtis.

Iſte iucundi modo, preſtolantes
Sæculi finem, gemino futuri
Munere inſignes magę: ſuſcitandi
Lucidiores.

Iſte et humanę memores ſalutis:
Qui ſemel noſtri ſimiles fuiſtis,
Et deum nobis facili precatu
Conciliate.

Te coęternam genitore prolem
Credimus tecum refouere ſancto

Spiritu, ac æqua ditione totum
Flectere mundum.

In dedicatione templi Sapphicum.

SINT ſacerdotes hodie, et fidelis
Turba iucundi: noua phana ſurgunt
Ritibus ſacris cerimoniarum
Sanctificata.
Templa diuino quoties dicantur
Nomini ſignant populi vnitatem
Cum deo factam, pietate, cultu,
Relligione.
Templa ſunt mentes hominum piorum:
Sunt domus ſummi patris ima corda.
Hic deum princeps habitare dulci
Fœdere gaudet.
Paulus hoc infert, habitationem
Nos dei viui fore ſcriptitando,
Atq; ſtructuram, lapides, et ædem
Cœlicolarum.
Nos enim viui lapides paramur
Moribus ſanctis: tribulationum

Tundimur fluctu premimur: polimur:
Aedificamur.

Eſt ſupra firmam ſolidata petram
Hæc domus: cuius lapis angularis
Chriſtus eſt, binos populos in vno
Corpore nectens.

Membra nos huius ſumus aggregata
Corporis: Chriſtus caput eſt: quod in nos
Influit: quod nos vegetat: gubernat:
Imbuit aura.

Hoc dei verum liquet eſſe templum
Dum ſtat annexum charitate: dum ſe
In deum tota alacritate, totis
Viribus effert.

Media Ciuitas hæc eſt vocitata pacis
nocte. Viſio: quę de ſuperum beato
Orbe deſcendens noua ſponſa, gaudet
Coniuge Chriſto.

Militans eſt dum ſtudioſa terris
Degit, et multo ſatagit labore:
Vt triumphato phlegethonte ſumat
Aethere palmam.

Eſt ſupra cœli radium triumphans
Carne deuicta ſuperato Auerno:
Quę capit nunq̃ moritura factę
Pręmia pugnę
Hic ſuo fœlix ſociata ſponſo,
Nuptias fauſta celebrat quiete:
Atq; ſecuro ſine fine ducit
Gaudia riſu.
Iſtius verum modo ciuitatis
Duplicem formam, geminamq; ſortem
Myſtica ſignat ratione templi
Materies hęc.
In au- Hic locus terra eſt ſine labe ſancta:
rora. Si quis huc ſupplex adeat, deumq;
In fide nuſq̃ titubans precetur,
Vota ſequentur.
Excitabuntur tepefacta corda:
Expiabuntur ſcelerum reatus:
Mens dei verbo ſatiata, pinguis
Efficietur.
Hinc procul fœdi, procul et profani
Eſte, verborum ſtrepitus abite:

Non niſi laudes reſonent ſupernę, et
Carmina diuum.
Numen æterni patris, atq; nati
Et paracleti deus vnus iſtud
Viſita ſacrum, precibusq; noſtris
Semper adeſto.

In diebus feſtis apoſtolorum et ſeptuaginta duorum
diſcipulorum Chriſti, ac in eorum per orbem
diuiſione commune Iambicum.

GAVDETE mundi principes:
Qui veritatis dogmate
Vita profuſa, et ſanguine,
Plantaſtis omnem eccleſiam:
Gaudete mundi principes:
Quorum fide, et conſtantia,
Et ſupplici innocentia
Sunt victa regum culmina.
Gaudete mundi principes:
Quorum beato numine:
Miraculis: virtutibus
Luſtratur orbis vndiq;

Gaudete mundi principes:
Qui pauperes et ſimplices
Idolatriam pellitis:
Mutatis æui tempora.
Gaudete mundi principes:
Qui ſuper omne gentium
Genus, tenetis arduum
Sceptrum, decusq; regium.
Media nocte. Vos eſtis inter aulicos
Cœli priores omnibus,
Biſſena ſigna circuli
Luſtrata ſole perpeti.
Vos eſtis almi iudices:
Qui iudicatis angelos:
Terram, fretumq; et æthera,
Gentes, tribus, et climata.
Vos eſtis almi nuncij
Dei: ſuperni luminis
Fulgetra: per quę nubilum
Niteſcit omne ſeculum.
Vos eſtis illi preſides,
Patresq; ſpectatiſſimi

Duo decemq́ filij
Ex Iſraele conditi:
Vos eſtis illi putei
Duo decemq́ fontium
Helim: quibus fidelium
Potatur aggregatio.
Vos eſtis et firmiſſimę
Duę decemq́ permę
Petrę: quibus tranſiuimus
Iordanis amnem vitreum.
In au= Duo et decem leunculi
rora. Vos eſtis ante lucidi
Regis tribunal aureum:
Quo pax datur mortalibus.
Duo et decem vos sydera:
Quibus corona fulgida
Eccleſię circundatur:
Quę nos parit: nos educat:
Duo et decem vos optimi
Eſtis lapilli myſticę
Syon: qui mire pingitis
Suprema diuum limina.

Duę et decem vos ianuę:
Quibus pateſcunt atria
Vrbis ſupernę, et vltima
Diuinitatis regia.
Coniungeris tu Barnaba,
Tu Martialis ſplendide,
Simul, decemqꝫ ſepties
Miſſi per orbem preſules:
Vos nazarei candidi,
Nubesqꝫ cœli lympidę:
Vos et columbę lacteę
Supra poli cacumina.
Dulces amici principis,
Et conſulares inclyti
Regis: quibus cœleſtia
Arcana ſunt patentia.
Fauete nobis maximi
Patres: fauete quęſimus,
Quum iudicando ſeculum
In nubibus ſedebitis.
Tu Trinitas empyreum
Sedens ſuper faſtigium

N os eſſe cœli compotes
D a apoſtolorum gratia.

I n diebus feſtis vnius Martyris
commune Sapphicum.

LAVDIBVS ſummis recolende martyr:
Q ui deo vitam et roſeum dicaſti
S anguinem, digno tua prędicamus
C armine geſta.
T u minas regum minime paueſcens
A uſus es paſſim celebrare Chriſtum,
E t propagaſti ſtudio perenni
R elligionem.
T u nec ingentem trepidaſti agonem
N ec cibi diram eſuriem, nec atri
C arceris tectum, nec aquę, nec ignis
O ra voracis.
Media D ura riſiſti exilia, et catenas
noctę. F lagra, tormenta, et rigidos ferarum
I mpetus, plumbi, ac olei liquores
E bulientum.

Tu nec infamem fore: nec carere
Stemmate, et claris opibus: nec æde
Propria, agnatis, titulis amicis
Extimuiſti.

Ipsa poſtremo metuenda cunctis
Fata nil horres: ſed ad enſis ictum
Lętus occumbens tibi comparaſti
Aethere vitam.

Nunc triumphali potiundo palma
Inter ardentes ſeraphin coronas
Cœlitum primę ſociaris aulę
Perpete regno.

In aurora. Martyres almi: quibus eſt in omne
Gaudium verſus ſuper aſtra luctus
Viuite æternum, memoresq; noſtrę
Eſte ſalutis.

Martyres viui lapides olympi:
E quibus fulget paradiſus omnis
Vos rubri flores, et amata ſummo
Purpura regi.

Sit deo patri genitoq; ſemper,
Sit paracleto pariter per æuum

Gloria, et virtus, decus, atq; ſplendor,
Imperiumq;.

In diebus feſtis plurium martyrum
commune Choriambicum,

LAETENTVR fidei candida pignora:
Quę mentem ſuperis, ipſaq; corpora
Suſceptis gladij grandibus ictibus
Sacrarunt, bonaq; omnia.
Spreuerunt furias: iuſſa minacia:
Immites animos. ora ſatellitum:
Lictorum faciem: vincula: carcerem,
Algores, probra, verbera.
Ignes: exilium: tabida vulnera:
Cædes multiplices: horrida funera
Diuerſi generis: damnaq; plurima
Sunt paſſi ſine murmure.
Exili precio maxima prædia,
Et pœnis breuibus longa peculia
Aeternos apices, firmaq; ſæcula
Emerunt ſuper æthera.

Media O fauſti proceres, almaq́ pectora:
nocte. O dulces animi, dulce habitaculum,
A c omni penitus fine carentia
I ntraſtis noua gaudia.
P aruis exuuijs grandia munera
L ucrati ætherei tecta palatij
I ucunda colitis mente perennibus
S ecuri ſtationibus.
N usq̄ ſeu gemitus, ſeu dolor a modo
V os, ſeu triſtitię læſio deijcit
N on frigus rigidum, non calor horridus
I am vos afficit amplius.
P œnarum immemores, mortis, et omnium,
Q uæ vos obruerant exitialium
I nter cœlicolas tuta per atria
R idetis modo dulciter:
In au- V os ornat roſei purpura ſanguinis:
rora. Q uem pro ſyderei nomine principis
F udiſtis: ſuperum culmina tangitis
C lari perpete lumine.
S ublimi in ſolio ſceptra nitentia
G eſtatis: tegitis lucida tempora.

Fulgenti aureola: delitijs quoq;
Pleni viuitis æthere.
Gaudete interea, liberioribus
Dum ſurgat caro nunc mortua ſenſibus:
Veſter tunc etenim redditus artubus
Preſtabit mage ſpiritus.
Tunc duplex ſtola vos induet aurea:
Tunc veſtri cineres, veſtraq; vulnera
Fulgebunt veluti Delius altior
Quando Syrius emicat.
Te trinum colimus, ſicut et vnus es
O mundi ſator, et maxime conditor:
Tu ſolus requies vnica martyrum,
Merces, gloria, premium.

In diebus feſtis confeſſorum pontificum
commune Sapphicum.

PONTIFEX ampla pietate plenus
Plenus ingenti ſophia coruſcat,
Atq; de ceco tenebroſa pellit
Nubila mundo.

Non ob humanas vel opes vel auram
Paſſus, eſt ſacro titulo, et tyara
Se decorari: ſed vt ampliaret
Relligionem.
Factus antiſtes ſuperis litare
Sacra, pupillos, viduas tueri
Reddere afflictos hilares, egenos
Paſcere cœpit.
Media Sancta doctrinę populis miniſtrat
nocte. Pabula: euentus tolerat ſiniſtrę
Sortis, et caſus patienter vltro
Suſtinet omnes.
Omnibus vitę innocuę ſequendum
Se dat exemplar, ſpeculumq; mundum:
Cuius in claro probitas nitore
Perſpiciatur.
Nunc vacat gratę meditationi:
Nunc gubernandis populis laborat.
Artubus terras colit, et quieta
Sydera mente.
In au= Non tyrannorum facies ſeueras:
rora. Non minas regum quoq; perſequentum

Flamines almos timuit: nec ipſa
Funera demum.
Sedulis poſtq̄ ſtuduit regendis
Mentibus: ſeq; exhibuit fidelem
Diſtributorem charitum recepit
Aethere fructum.
Ipſe nos ergo venerate præſul
Da tuos dulci celebrare faſces
Carmine: et tecum ſociato lætis
Semper in aſtris.
Te deus diuum celebrant coronę
Vnicum mundi columen ſub vna
Mente: tu mira ratione trinus
Semper et vnus.

In diebus feſtis minorū confeſſorū Sapphicum.

ALME confeſſor domini: per arctam
Qui viam vitę, ſuperum petiſti
Nuptias, tu nunc requieſcis ægro
Corpore liber.
A cibo et potu licet abſtinendo
Gratus æterno fueris parenti:

At pio affectu magis, ac amore
Tu placuiſti.
Tu coegiſti ratione ſenſus
Viuere, et carnem imperio ſubeſſe
Spiritus: ac illecebras inanes
Exuperaſti.
Longe ab humano ſtrepitu fuiſti
Semper intentus ſpeculationi:
Et deo ſolus ſtudio vacaſti
Liberiori.
Media noctē. Quando oportebat documenta fando
Siue ſcribendo populo attuliſti
Et ſalutari monitu fideles
Inſtituiſti.
Ampla mendicis bona præbuiſti:
Languidos omni obſequio leuaſti,
Eſq; pupillo, et viduę frequenter
Auxiliatus.
Aduenis gratum, exulibusq; ſemper,
Et peregrino hoſpitium dediſti,
Teq; mœrenti, placidum, benignum
Exhibuiſti.

S æpe captiuos redimens, honeſtis
V irgines iungens inopes maritis
E graui ſtupro, et gemitu eruiſti
T riſtia corda.

In au= Cuncta ſpreuiſti inferiora, cœlo
roſa. M entis affigens aciem, deumq;
T u tibi ſolum precium laboris
P ropoſuiſti.

N unc ſupra vaſtos apices olympi
C larus arrides ſine fine: qui iam
I ſtius terrę exilium peroſus
I ngemuiſti.

S ic dato nobis animi ſalutem
M aximi regis celebrate miles,
E t tuo exemplo ſuperare vafri
D æmonis aſtum.

S plendor immenſus tibi trinitati
S it per æterni diuturna mundi
S ecula: in cuius facie dabuntur
C ognita cuncta.

In diebus feſtis vnius Virginis et
Martyris commune
Sapphicum.

VIRGINIS *magnum colimus trophæum*
Quæ voluptates veneris ſalacis,
Et necem, et pœnas ſuperans acerbas
Sydera adepta eſt.
Pertulit ſexu fragili virago
Hæc: quod et miles trepidat cruentus
Cernere, et dirus naſamon, et atrox
Lictor abhorrent.
Se triumphato impatiens tyrannus
Languet, et verum latitare numen
Mente ſubfirma teneræ puellæ
Cogitat anceps.
Hoc fides munda, hoc pietas in ægra
Fœmina ſane potuit: quod ipſi
Totius mundi nequiere reges
Robore cuncto.
Media Diua mortali ſpoliata amictu
nocte. Virgo, tu veſtem indueris perennem:

Quę nec auferri poterit, nec vllo
Tempore lędi.
Lilium nullo maculata luxu,
Sanguinem ſpargens roſa facta, ſummo
Principi membris geminum beatis
Fundis odorem.
Viuito fœlix moritura nusquam
Amplius: nusquam ſubitura caſtis
Senſibus pugnas aliquot, nec vllum
Mente dolorem.
Horror abſceſſit, ſtimulusque lethi,
Mœror, et luctus, timor, æſtus, algor,
Et labor, fletus, ſitis, ægritudo,
Eſuriesque.
In aurora. Quicquid aduerſum fuit, atque amarum
Dulce iam factum, ſimul et ſecundum
Eſt tibi: gaudes ſociata ſponſo
Cœlibe lecto.
Suplici ſerto redimita frontem
Inter illuſtres ſuperum coronas
Degis, et multo comitata diuum
Agmine fulges.

Sic tuis fac nos precibus pudicos,
Atq; virtutum probitate claros
Eſſe, et inſontem, nitidamq; ſemper
Ducere vitam.
Da tuis virgo meritis: vt olim
Scandere æternas mereamur aulas,
Et frui tecum placida quiete, et
Nectare cœli.
Præſtet hoc nobis moderator orbis:
Qui licet ſumma ratione ſemper
Trinus exiſtat, tamen vnitatis
Fœdere gaudet.

In diebus feſtis plurium virginum et martyrum commune Sapphicum.

VIRGINES *almæ, ſtrenueq; Chriſti*
Martyres: quæ ſub niueo pudore
Murice ornatæ roſei cruoris
Eſtis, auete.
Laude victrici canimus triumphum,
Nuptias agni, ſuperumq; pompas:

Quum fuit cœlo reſerata vobis
I anua vitę.
P rouidę nam vos fatuis repulſis
L ampades veſtras hodie coruſcas
O buiam ſponſo ſimul afferentes
S ydera adiſtis.
V iuitis dulci ſuper aſtra riſu:
Q uę grauem luctam æquanimes ſub acri
M ole pœnarum, rigidoq; agone,
S uſtinuiſtis.
Media V os pijs olim lacbrymis, breuiq;
nocte. S eminauiſtis gemitu, modoq;
M etitis lætas ſegetes, et amplos
A xe maniplos.
G audijs miris ſuperatis omne
I d quod humanum penetrare pectus
V ix poteſt: quę non oculus, nec auris
H auſerit vſq;.
I am laboraſtis: modo collocatę
E ſtis in tuta, ſtabiliq; pace:
N ec paueſcendum modo, deſuturam
T empore quoq;.

Quis tot affirmet meritis negari
Poſſe fœlicem, intrepidamq; vitam
Aethere: et tantis ſupereſſe nulla
Præmia factis?

In aurora. Ille ſupremus rationis author
Aequitas ſumma, et bonitas perennis
Non poteſt vſq; niſi iuſtus, atq;
Optimus eſſe.

Optimus q; ſit, bonitatis et nos
Eſſe conſortes propriæ: q; æquus
Ipſa virtuti immerito negaret
Debita dona.

Eſſe iumentis quaſi viliores
Quis ſagax ipſos homines negabit:
Si polum optarent, neq; promerendo
Aſſequerentur?

Ergo vos rubræ, nitidæq; nymphæ,
Quæ deo membra, ac animum dicaſtis
Eſte iucundæ, meritoq; fauſta
Ducite ſæcla.

Te deum caſtis celebrant choreis
Virgines vnum, pariterq; trinum,

Et tuum miti, placidoq; cantu
Numen adorant.

In diebus feſtis vnius virginis non martyris commune Iambicum.

In ve- TROPHAEA clara pangimus
ſpere. Deo dicatę virginis:
Quibus ſubegit arduo
Cupidinem certamine.
Tenerrimam ieiunijs
Domando carnem, ſubdidit
Tumultuantes impetus
Laſciuientis Cyprię.
Graui inſtituto ſedula,
Vigil, ſagax, et prouida
Reſiſtit impugnantibus
Pudica vota ſenſibus.
Auernus infeſtiſſimus
Thorum puellę tangere
Timet, nec audet cœlibis
Videre nymphę lumina.

Media Nil caſtitate mundius:
nocte. Quæ iuncta miti pectori
In huius orbis incolam
Dei recepit filium:
Replet ſolum fœcunditas
Humana: complet caſtitas
Polum: beatos efficit
Suos in axe coniuges:
Quod carne noſtra gignitur
Corrumpitur: pudica mens
Producit immutabile
Perenneq́ compendium.
Viros facit mirabiles:
Nurus facit ſpectabiles,
Et angelis amabiles,
Stygiiq́ formidabiles.
Deis placet: mortalibus
Præſtat: feras e ſaltibus
Odore grato pertrahit,
Sinuq́ aperto colligit.
Aetatis annos prorogant:
Dat longa vitę tempora,

A cutiores ſpiritus,
E t ſoſpitatem corporis,
In au- Q uieta vita caſtitas,
rora. E t læta conuerſatio,
S ecura ſpes: tranquillitas,
E t dulce contubernium.
T u puritatis lilium
V irgo deo gratiſſimum
S piras odorem, florida
I nter vireta cœlitum.
D eus tibi ſit gloria:
Q ui trinus ante ſæcula,
E t vnus, omni machinæ
T otius orbis imperas.

In diebus feſtis nec virginis nec martyris.
Hypercataleticum.

FORTIS comperta hæc fœmina terris
S exu imbecilli, carneq; tecta
M ortali, mentem tranſtulit omnem
I n cœlum, et ſicut puppis ab vrbe
L onginqua annonam detulit.

P anem portauit de peregrinis
O ris: quę in cœlum geſſit ab orbe
T ereſtri ingenti fœnore lætas
V irtutum fruges: atq; potitur
Aeternę vitę gloria.
O rat ieiunat: limine ſacro
N uſq̃ diſcedit: donat egenos:
A egris inſeruit: carceris vmbras
N on dedignatur viſere crebro,
A c inde inſontes eruit.
H ac vita functos condere buſto
C urat: ſolatur triſtia corda:
M endicum errantem colligit æde:
F ratrem peccantem corripit: vltro
Q uodcunq; aduerſi ſuſtinet:
Media I ntenta eſt ſemper rebus honeſtis.
nocte. N et: texit: filo pingit, acuq;
M appas: ſubtili vellere ſerum
A ras occludit: phana tapeti
I nſigni exornat: inſtruit.
D iuinos ritus docta frequenter
L ibrat ſacrorum myſtica ſenſa,

Ac admiratur dogmata mira
Quæ ſubtus claudunt: et ſpeculatur
Arcana ardenti pectore.
Feruenti voto cedere membris,
Et carnis ægre ponere molem
Exoptat ſupplex, atq; recepta
Aura fœlici tecta ſuperna
De cœno terræ ſcandere.
In terris imo corpore degens
Sublimi tangit ſydera mente,
Et diuum lauta accumbere menſa
Aſſueſcens firmam ſuſcipit arram
Cæleſtis conſuetudinis.
In au= Inter virtutum culmina tanta
rora. Viuens infirmæ pondera carnis
Deponit: totq; oblita laborum
Sicut de longo percita ſomno
Tranquillas ædes accipit.
Nunc intra vaſti limen olympi
Iucunda arrides inclyta mater.
Nullum cognoſcis tuta pauorem,
Nullum langorem, nulla pericla

In portum ducta e fluctibus.
Maturos fructus vberiori
Censu tu carpis libera ab omni
Curarum anfractu: paſcua grata
Nunc inueniſti. Viue quieta:
Cui iam nil fauſtum deficit.
Nos qui concordes pangere de te
Laudes o fœlix nympha ſtudemus
Aduerſo caſu protege ab omni,
Et deduc tecum numen ad illud:
Quod fortunatos efficit.
Trinum nos ingens author et vnum
Omni te nixu credimus, et te
Sic affirmamus: ſic veneramur:
In quo conſiſtunt gaudia cuncta,
Et diuum merces integra.

In diebus dominicis media nocte
Iambicum.

PRIMA *die qua ſæculum*
Suam trahens originem

Deo iubente cœperat
Noctem canoram reddimus.
Relinquimus cubilia
Sopore pulſo deſidi,
Et hanc diem ſolennibus
Sacris celebrem ducimus.
Hæc eſt dies ſalubrior
Longe diebus omnibus:
Qua natus eſt ab inclyta
Homo deusq́ virgine.
Hæc eſt dies ſerenior
Longe diebus omnibus:
Qua de ſepulcbro ſplendidus
Surrexit author ſæculi.
Hæc eſt dies beatior
Longe diebus omnibus:
Qua victa mors detruditur,
Et vita victrix panditur.
Hæc eſt dies nitentior
Omni nitore ſyderum:
Quæ clauſit ora tartari,
Patere fecit æthera.

In hac die dum ſeculum
Finem videbit vltimum
Humana ſurgent corpora:
Quæ tunc iacebunt mortua.
Canamus ergo dulciter:
Vbiq; laudes perſonent:
Nox iſta candidiſſima
Pſalmis et hymnis concrepet.
Tibi ſuperna trinitas
Honor ſit, atq; gloria:
Quæ trina mundi corpora
Regis, moues, et ordinas.

Iambicum.

In aurora. AVRORA lucem baiulat
Fugans tenebras horridas,
Diemq; reddit auream,
Et clara phœbi lumina.
Pangamus amplo gutture:
Penſemus vno pectore
Huius diei myſtica

Q uibus replemur munera.
I n hac die lux agnita
P rius fuit: primordia
R ecepit orbis: editus
E ſt liberator ſæculi:
I n hac die ſub inferos
S inus triumpho maximo
P erexit, atq; liberos
P atres ab orco ſuſtulit.
I n hac die clariſſimus
S urrexit ab ergaſtulo
N ecis, ſoluto priſtinę
M ortalitatis vinculo.
I n hac die de empyreo
T hrono ſupra clientulos
S uos vt ignis ſpiculum
M iſit loquendi ſpiritum.
I n hac die nouiſſimę
T ubę ſonus de frigido
S opore membris integros
R eſuſcitabit mortuos.
H æc eſt dies: quę terminum

V iſura nuſq̃ perpete
N itore veri luminis
T ranſcendet alta sydera.
L ætemur ergo ſupplici
V oto, pioq; carmine,
A gamus illi gratias:
Q ui nos beatos efficit!
T ibi ſuperna trinitas
H onor ſit atq; gloria:
Q uæ trina mundi corpora
R egis, moues, et ordinas:

Sapphicum.

In ve- ſpere. LVCIS immenſę genitor ſuperne:
Q ui tuo verbo triplicem creaſti
M achinam, noſtras hodie benignas
A ccipe voces.
H anc diem ſacris veneramur hymnis:
Q ue fuit mundo prior inter omnes:
Q ua ſuos cœpit reſerare vultus
E ditus orbis.

Hac die cæcus chaos a micante eſt
Luce diuiſus: Deus et diei
Nomen et nocti dedit, et parauit
Semina rebus.
Hac dies vitæ fuit, et ſalutis
Prima poſt multos obitus origo:
Qua deus nobis homo factus: et qua
Funera vicit.
Hac die fuluo tonitru repente
Spiritus cœlo volitans ab alto
Imbuit Chriſti celebres alumnos
Dotibus almis.
Hac die dono duplici fruemur
Quando poſt longos cineres et oſſa
Noſtra diſiectis rediuiua ſurgent
Corpora buſtis.
Trinitas ſimplex deus o beata
O ſupra quicquid fuit, eſt, eritq́ꝫ
Sancta, te ſeptem veneramur horis
Omnipotentem.

Die Lunæ media nocte Iambicum.

SVMVS quiete congrua
Potiti et hora competens
Adeſt: cubile deſerant
Deo dicati flamines.
Deo canamus inclyti
Dauid profunda carmina
Et hymnicis concentibus
Intenta corda gaudeant.
Canamus ore, et intimo
Sit mens refecta prandio
Ne dum vagatur algida
Sit abſq; fructu, et areat.
Docebat hoc apoſtolus,
Vt excubabat altius
Pſallendo mente et ſpiritu
Per ipſa noctis tempora.
Dum nox opaca pręterit
Et occulit caligine
Externa cuncta, Luceant
Interna ſaltem pectora.
Nobis id author ſæculi
Concedat: vt beatius

Viuamus hic, et dulcius
Optemus alta ſydera.
O trinitas et vnitas
Deus, deorum maxime
Hoc da pater quod poſcimus:
Da nate et alme ſpiritus.

Iambicum.

In aurora. AVRORA fulget aurea
Quam lucifer nunc excitat
Phœbumq; mandat ſurgere
Diemq; claram reddere.
Canamus ergo alacrius:
Deum precemur arctius
Nos de tenebris eruat
Suaq; Luce compleat.
Obſcura nox euanuit:
Dies ſerena claruit:
Obſcuritate perdita
Lux vera nos illuminet.
Fides nitore luceat:

Spes ſit vigore viuida:
Amor calore ferueat,
Et corda noſtra muniat.
Sit munda mens: ſit actio
Syncera: lingua candida:
Nil cogitemus ſubdolum
Nihilq; agamus impium.
Nihil loquamur abſonum
A veritate: neminem
Loquela noſtra mordeat:
Malos benigne corrigat.
O trinitas et vnitas
Deus deorum maxime
Hoc da pater quod poſcimus:
Da nate et alme ſpiritus.

Choriambicum.

In ve= MAGNI *conſilij ſpiritus artifex*
ſpere. *Supra ceruleas æquoris ambulans*
Vndas ſyderea ſegregat apside
Effuſi maris ambitum:

S tellati ſuperant alta cacumina
M undi perſpicuę flumina thetios,
C eu de fatidicis patribus hauſimus,
. C eu dant ſacra volumina.
C hriſtalli in ſpeciem cœrula ſphericam
C ongeſta hæc referunt voluere maximos
O rbes inferius propter id aptius
P rimum mobile dicitur.
I t curſu rapido ſuſcipit ordinem,
E t legem a ſuperis. Influit vndiq;
E t motum, et ſeriem, et annua tempora,
S upra corpora quælibet.
I ntra qui inferius, qui ſuper æthera
P eruaſtos latices, altaq; cœrula,
E ſt cœlum medium: cui ſua ſydera
H ærent, fixaq; permanent.
L ymphę ſunt populi: quę ſuper aſtra ſunt
E lectos referunt: quę ſub, in amnibus
D amnatos homines: qui infima quæritant
E t cœleſtia deſerunt,
N eu nos cum reprobis degere quæſimus
P ermittas opifex magne: ſed aggrega.

Nos rectis: quibus et celſa ſedilia
Tu das affore peruia.
Virtus imperium gloria ſit tibi
O mundi ſpeculum lucida trinitas
Quæ ſemper ſtabili fædere præſides
Supra quemlibet orbium.

Die Martis Media nocte Iambicum.

SOPORE pulſo ſurgimus,
Et lectulum relinquimus,
Pioq; verſu rumpimus
Noctis quieta tempora.
Canamus ergo vocibus,
Et intimis pręcordijs
Verſemus id quod carmine
Frequentiori dicimus.
Os, lingua, corq; concinant
Simul: nihilq; diſcrepent
Si dulcibus concentibus
Deo placere quærimus.
Quot dona nobis contulit

S upremus author ſæculi
E xcogitemus acriter
R ecenſeamus dulciter:
Q uicquid creauit prouide
S ub orbis amplo cardine
O b nos creauit: obſequi
P recepit, atq; ſubijci.
N os quippe non vt plaſmata,
S ed vt fideles filios
A mauit, et cœleſtia
N obis parauit atria.
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime
H oc da pater quod poſcimus:
D a nate et alme ſpiritus.

I ambicum.

In aurora. SVO *nitore lucifer*
E xpergefactus incipit
D iem vocare lucidum,
E t excitare Delium.

N on ſit labor nec tædium
D iuina ſemper munera
E xcogitare: debitas
D eo referre gratias.
M agni creator ſæculi
Q ui tot patraſti corpora
N os propter: vt te dulciter
A memus omni pectore.
C oncede rex altiſſime
T e diligamus omnibus
V otis, et omni tempore
T e corda noſtra quæritant.
D a ſumme rector ardeat
T e noſtra mens, et ambiat
N octu diuque dulcibus
T uis vacare laudibus.
I nfunde noſtris cordibus
I ubar ſuperni incendij:
O ptemus vt clariſſima
C œli videre limina.
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime

Hoc da pater quod poſcimus:
Da nate et alme ſpiritus.

Choriambicum.

In ve= O QVI *perpetuis æthera legibus*
ſpere. *Firmaſti faciens degere limitem*
Inter tot noua, tot turbida cerula
Ne terre loca diſſipent.
Tu terras hodie reddis ab æquore
Immunes, ſtatuens vndiq; terminos:
Quos non pretereat: flumina dirigis
Mire per vada et alueos.
Tu flammas nocuas doride temperas:
Tu magnumq; chaos, craſſaq; corpora
Voluens quadruplici ſchemate diuidis,
Indigeſtaq; perficis.
Ex his mirificus conficis artifex
Quæ ſub ſtellifero cardine cernimus
Et mutabilia, et mixta, nec apta per
Se ſubſiſtere longius.
Hinc frondes hodie, gramina, et arbores:

Quæ flores pariant, paſcua germinent,
Fructus exhibeant vſibus omnium
Tu plaſmas animantium.
At cœlum alterius corporis efficis
Simplex, perpetuum, lumine ſplendidum:
Quod dum ſuſpicimus maxime conditor
Admirando ſtupeſcimus.
Virtus imperium gloria ſit tibi
O mundi ſpeculum lucida trinitas
Quæ ſemper ſtabili fœdere præſides
Supra quemlibet orbium.

Die Mercurij media nocte Iambicum:

POSTQVAM *ſopiti manſimus,*
Et dormiendo ſumpsimus
Vires, cubile ſpernimus,
Deoq; laudes reddimus:
Da magne regum rex deus
Totis tibi nos viribus
Totaq; mente adſiſtere,
Et corde, et ore pſallere.

Da caſtitatem ſenſibus,
Synceritatem cordibus,
Mens noſtra ſemper excubet,
Diuina ſemper cogitet.
Quam noſtra ſit volatilis
Haec vita, ceca, flebilis
Penſemus, et ꝙ friuola
Sit iſta Mundi gloria.
Nunc viuimus, cras tollimur
E luce: nulla firmitas
In rebus huius ſeculi.
Labor, dolor ſunt vndiq;.
Eſt ſola cœli regia
Secura, leta, permanens:
Huc noſtra ſpes: huc vnica
Beatitudo: patria.
O trinitas et vnitas
Deus deorum maxime
Hoc da pater quod poſcimus
Da nate et alme ſpiritus.

Iambicum.

In au- IVBAR diei lucidum
rora. Surgit, nouumq́ſuſcitat
Solis nitorem: tranſeat
De corde torpor algidus.
Decor paterni luminis
Exurge Chriſte: libera
Nos a tenebris horridis,
Tuaq́ luce illumina.
Sit temperata, prouida
Mens noſtra, lingua, et actio,
Sit iuſta, fortis, inclyta
Virtutibus moralibus.
Sit ſpes, fides, et gratia
Amoris erga maximum
Te conditorem ſaeculi,
A quo ſumus: quo viuimus:
Amor ſit erga proximum:
Quem diligamus ſicuti
Nosmet, nec illi quicpiam
Optemus eſſe noxium.
Illum iuuemus omnibus
In caſibus ſeu proſperi,

Seu ſint ſiniſtri, et dulciter
Viuamus omni tempore.
O trinitas et vnitas
Deus deorum maxime
Hoc da pater quod poſcimus
Da nate et alme ſpiritus.

Choriambicum.

In ve= O FOELIX opifex ætheris aurei
ſpere. Tu ſtellas hodie, fixaq́ ſydera,
Circum ſigniferum, ſummaq́ corpora
Formaſti vaga ſphærica.
Vt terram ſuper, ac infima qualibet
Euentus varios altius influant:
Sint ſigna, et ſtatuant annua tempora,
Sortem, fataq́ ſingula.
Tu ſolem rutilum degere principem
Aſtrorum tribuis, lunaq́ frigida
Vna cum reliquo ſydere quolibet
Ex illo iubar accipit.
Illis inſtruimur qualia ſecula

Succedent: quibus et vita periculis
Subiecta eſt. Sapiens at dominabitur
His influxibus omnibus.
Preſunt corporibus, ſenſibus imperant:
Sed non arbitrio, ſpiritui quoq;:
Qui tanq̄ dominus, nautaq; prouidus
Cymbam dirigit optime.
Hæc author ſine te ſed neq; poſſumus
Penſare, et ſine te nec ſapientia
Humana eſt aliquid: nanq; volubilis
Ipsa eſt robur. harundinis.
Virtus, imperium, gloria ſit tibi
O mundi ſpeculum lucida trinitas,
Quæ ſemper ſtabili fœdere præſides
Supra quemlibet orbium.

Die Iouis media nocte Iambicum.

SICVT propheta regius
Ad confitendum altiſſimo
Silente nocte e lectulo
Surgebat, et nos ſurgimus.

Pater beati luminis,
Qui nos ſerenos efficis,
Et excubare precipis,
Audi preces quas fundimus.
Precamur ore ſupplici:
Precamur imo pectore:
Guſtare fac nos myſtica
Quæ concinemus carmina.
Fac nos amare fortiter,
Et exequi viriliter
Quæ tu doces, et imperas:
Vt aſſequamur æthera.
Circundati mortalium
Infirmitate ſenſuum
Nil absq; te nec dicere,
Nec cogitare poſſumus.
Quanto magis ſi denegas
Tuum fauorem quiſpiam
Nihil poteſt capeſſere:
Nihil valet perſtringere?
O trinitas et vnitas
Deus deorum maxime

Hoc da pater quod poſcimus:
Da nate et alme Spiritus.

Iambicum.

In aurora. CANDORIS inſtar ignei
Fert excitatus lucifer
Diem, nitenti ſydere
Noctis fugans caliginem.
Infunde noſtro pectori
O Chriſte rex piiſſime
Tuum chariſma, quatenus
Tuis vacemus laudibus.
O diſſe fac terreſtria
Hæc nos: amare ſydera:
Deſyderare: quærere:
Frui: tenere firmiter.
Hęc illa ſunt quę permanent
Aeterna: firma: cętera
Caduca ſunt, et tranſeunt
Inſtar ruentis fluminis.
O tuta cœli gloria:

O vera nobis patria
T u nos dolentes aſpice,
A qua ſumus nunc exules.
H ic hoſpites, et aduenę
V agamur. Heu no: collige
T uas in arces o Sion
D e lacbrymarum vallibus.
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime
H oc da pater quod poſcimus:
D a nate et alme ſpiritus.

Choriambicum.

In ve- O CLAEMENS opifex, o pie conditor:
ſpere. Qui reples hodie piſcibus æquora:
T ractus aereos alite plurimo,
E t pene innumerabili:
F ac vt dulciſono carmine iam diem
C laudamus. Properat Phœbus ad vltimas
O ras, Oceani littora tranſiens
E t noctem citat humidam:

Tu cete, et volucres vna ab origine
Formaſti e liquidis fluctibus, innuens
Baptiſmum duplices edere gentium
Formas vnius ordinis.
Vnam, quę ſuperat cœlica culmina
Affectu, et nitidis moribus: alteram,
Quæ curas ſequitur carnis, et inferis
Seſe mergit in amnibus.
Terreſtri in gremio mollia cęrula
Terreſtres animos inferioribus
Acclinos referunt: At ſuper æthera
Et montes pia pectora.
Fac nos ad ſuperos tendere cardines
Geſtis eximijs o pater omnium:
Nec tu ſuſtineas pergere ad infima
Nos atri loca tartari.
Virtus, imperium, gloria ſit tibi
O mundi ſpeculum lucida trinitas,
Quæ ſemper ſtabili fœdere pręſides
Supra quemlibet orbium.

Die Veneris media nocte Iambicum.

HAC nocte paſſus aſpera
  Mundi redemptor vincula
  Pijs querelis excitat
  Nos a ſopore, clamitans.
Profunda nox aduenerat
  Quando rapax in hortulo
  Tradit magiſtrum proditor
  Signo dato per oſculum.
Ad flamines deducitur
  Ligatus, atq; teſtibus
  Falſis reum patibuli
  Adiudicauit Pontius.
Eius flagella, verbera,
  Et nuditatem cogita,
  Irriſiones, vulnera,
  Sentes, crucisq; pondera.
Fratrum fugam, mœſtiſſimę
  Lamenta matris, tertio
  Petrum negantem, liuida,
  Et lachrymoſa lumina.
In mente noſtra paſſio,
  Agon, dolorq; iugiter

Hi Chriſte ſint, et ardeant
A more corda ſaucia:
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime
H oc da pater quod poſcimus:
D a nate et alme ſpiritus.

Iambicum.

In au- I T ceca nox ſub tartara:
rora. D ies redit meſtiſſima:
Q ua verus agnus omnibus
O ccisus eſt pro gentibus:
S ibi crucem rex baiulat
N oſter: cruci configitur,
E t eleuatus vltimum
C lamando mittit ſpiritum.
O pertus eſt caligine
S ol: luna lumen abſtulit,
S uumque nigra principem
S unt viſa flere ſydera:
O quanta liberalitas,

O quanta Chriſte gratia:
V t pro ſalute ſaeculi
T uum cruorem funderes.
H eu flete cuncti mortuum
C oeli ducem: qui propriam
V itam dedit: quo vinculum
C aptiuitatis ſolueret.
F unebris hymnus perſonet
I ſta die: ieiunijs
V acemus omnes: exulent
R iſus, iocıꝗ deſides.
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime
H oc da pater quod poſcimus:
D a nate et alme ſpiritus.

Choriambicum.

In ve= AETERNI imperij Rex ſapientior
ſpere: C unctis numinibus ſub rationibus
M iris efficiens omnia, condidit
H umanum genus hac die:

Primum multiplici ſchemate ſydera:
Herbarum ſpecies: ligna: animalia,
Poſtremoq; hominem finxit: vt innuat
Hæc illi fore ſubdita.
Hęc primum decuit condere: ne domum
Intraret vacuam commoditatibus,
Huiusq; exilij tędia ſufferat
Haud ęgre nouus incola:
Humanę eſt hodie facta creatio
Naturę: eſt hodie reddita priſtinę
Vitę: quę fuerat crimine ſaucia,
Et dira lue perdita.
Noſter dux etenim cęditur innocens
Hac luce, et roſeo ſanguine liberat
Captiuum populum. Lux ea candida
Eſt: quę tot bona contulit.
Ergo ſerotinas carmine ſupplici
Soluamus domino veſpere gratias:
Qui quod condiderat prouidus, erigit
Lapſum: munerat æthere.
Virtus: imperium: gloria ſit tibi
O mundi ſpeculum lucida trinitas

Quæ ſemper ſtabili fœdere præſides
Supra quemlibet orbium.

Sabbato media nocte Iambicum.

QVID *dulcius chariſſimi*
Fratres mei: quam ſurgere
Noctis ſilenti tempore,
Deique laudi inſiſtere?
Guſtare vera gaudia:
Libare mundo carmine;
Mundisque cantionibus
Vitæ beatæ gloriam?
O magna diuum curia
Quæ dulcibus concentibus
Concors aperto pectore
Cœli potiris nectare.
O magna diuum curia
Quæ ſola firmo culmine:
Quæ ſola tuto limine
Tranquilla viuis æthere:
O magna diuum curia

Tuq; quietis maximam
Securitatem pangimus,
Et delicatum ſabbatum.
Tecum frui nos effice
Deo: ſimul quieſcere:
Vt ille ab orbe condito
Iſta die quieuerat.
O trinitas et vnitas
Deus deorum maxime
Hoc da pater quod poſcimus:
Da nate et alme Spiritus.

Iambicum.

In aurora. ASSVRGIT alma claritas:
Diſcedit vmbra frigida:
Noctem dies eliminat,
Et ſomnolentos excitat.
Adeſt dies iam ſeptima:
In qua creatis omnibus
Qui non laborat vſpiam
Quieuit author ſaeculi.

Q uieuit vt compleuerat
O pus ſuum quod cœperat,
N on vt quietis indigus:
S ed vt deus, qui perficit.
D eus quies eſt omnibus:
T ranquillitas: ſecuritas:
F œlicitas perennitas:
S olatium laboribus.
O magne princeps principum:
Q ui nos gubernas, et regis,
T nos fideles ſeruulos
I n te quietos effice:
T u noſtra ſpes: tu gaudium:
B eatitudo: gloria:
N on poſſumus quieſcere:
N i tu fauorem porrigas:
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime
H oc da pater quod poſcimus:
D a nate et alme ſpiritus.

Choriambicum:

In ve= EST nunc hebdomodę finis, et vltima
ſ[pe]re. Lux. Cras incipiet primus in ordine
S olennis nitidus: candidus: aureus
E t ſemper celebris dies.
E ſt is quem dominus fecit. In illius
O rtu lęticiam conuenit edere.
E xultet pariter turba fidelium:
C ras nobis veniet ſalus.
N obiſcum dominus munificentius
L onge quam reliquo tempore cras erit.
S eſe purificent ſordida pectora,
E t tum ſanctificabimur.
S e quiſque inueniat cras ſine crimine:
V t coram ætherio ſiſtere principe
P urgatus valeat: mundaque carmina
M undo pangere gutture.
T unc verum dabitur ducere ſabbatum:
Q uum mens in ſuperos viribus omnibus
S e tollens penitus candida, reſpuet
T errę ſollicitudines.
H ęc eſt quę placidum vita laboribus
S piramen tribuit mitigat aſpera:

Quieuit vt compleuerat
 Opus ſuum quod cœperat,
 Non vt quietis indigus:
 Sed vt deus, qui perficit.
Deus quies eſt omnibus:
 Tranquillitas: ſecuritas:
 Fœlicitas: perennitas:
 Solatium laboribus.
O magne princeps principum:
 Qui nos gubernas, et regis,
 Tuos fideles ſeruulos
 In te quietos effice.
Tu noſtra ſpes: tu gaudium:
 Beatitudo: gloria:
 Non poſſumus quieſcere:
 Ni tu fauorem porrigas:
O trinitas et vnitas
 Deus deorum maxime
 Hoc da pater quod poſcimus:
 Da nate et alme ſpiritus.

Choriambicum.

In ve= EST nunc hebdomodę finis, et vltima
ſpere. Lux. Cras incipiet primus in ordine
S olennis nitidus: candidus: aureus
E t ſemper celebris dies.
E ſt is quem dominus fecit. In illius
O rtu lęticiam conuenit edere.
E xultet pariter turba fidelium:
C ras nobis veniet ſalus.
N obiſcum dominus munificentius
L onge q̄ reliquo tempore cras erit.
S eſe purificent ſordida pectora,
E t tum ſanctificabimur.
S e quiſq; inueniat cras ſine crimine:
V t coram ætherio ſiſtere principe
P urgatus valeat: mundaq; carmina
M undo pangere gutture.
T unc verum dabitur ducere ſabbatum:
Q uum mens in ſuperos viribus omnibus
S e tollens penitus candida, reſpuet
T errę ſollicitudines.
H ęc eſt quę placidum vita laboribus
S piramen tribuit mitigat aſpera:

D elapsos animos erigit: attrahit.
In diuum penetralia.
V irtus imperium gloria ſit tibi
O mundi ſpeculum lucida trinitas
Q uæ ſemper ſtabili fœdere pręſides
S upra quemlibet orbium.

Omni tempore Hora diei prima Iambicum.

I AM lux diurna ſpargitur
P er omnis orbis ambitum:
L audemus ergo ſupplices
D eum ſonoro carmine.
O remus, vt nos hac die
A b omnibus reatibus,
A b omnibus periculis
C uſtodiendo dirigat.
S it pura mens, ſit actio
L oquela, cogitatio.
N il penſitemus ſordidum:
N ihil loquamur noxium.
P otu ciboq; ſobrij

S imul, ſagaces, prouidi
C ontra doloſa tartari,
C arniſq; acuta ſpicula.
N il actitemus deuium
A lege ſummi principis!
S yncera:munda, candida
N obis dies hæc tranſeat!
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime
H oc da pater quod poſcimus;
D a nate et alme ſpiritus.

Hora diei tertia Iambicum.

NITOR piarum mentium
R efrigerator cordium
A dſis beate ſpiritus
F uga calorem noxium.
N os vre ſemper dulcibus
F lammis ſuperni incendij,
T uoq; amore feruida
S it noſtra mens, et ardeat.

In huius horę tempore
Sub igneo ſpiramine
Tua repleſti gratia
Deo dicata pectora.
O trinitas et vnitas
Deus deorum maxime
Hoc da pater quod poſcimus:
Da nate et alme ſpiritus.

Hora diei ſexta Iambicum.

SEXTO *diei termino*
Quo Chriſtus eſt in aera
Leuatus, vt nos a iugo
Captiuitatis ſolueret.
Oremus, vt de qualibet
Nos ſeruitute criminis
Abſoluat, atq; liberos
Donet polorum culmine.
In prandio ſit parcitas:
In lectione attentio:
Non murmur vllum perſtrepat,

N ec vlla controuerſia.
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime
H oc da pater quod poſcimus:
D a nate et alme Spiritus.

Hora diei nona Iambicum.

NONA ſub hora Spiritum
E miſit author inclytus
N oſtræ ſalutis, eruens
N os a reatu priſtino:
A gamus ore ſupplici
I lli perennes gratias:
Q ui ſemetipsum ſubdidit
V t nos in aſtra tolleret:
S ic Chriſte qui puriſſimo
N os abluiſti ſanguine
D imitte noſtra crimina,
L argire cœli gaudia.
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime

N os excitare, ſobrio
S omno refecti, dulcibus
T e proſequamur laudibus:
O trinitas et vnitas
D eus deorum maxime
H oc da pater quod poſcimus:
D a nate et alme ſpiritus:

De beata Maria virgine prima tertia ſexta
et nona diei hora et in ſero diei
Iambicum:

ESTO memor piiſſime
N oſtrę ſalutis artifex:
Q uod noſtra membra ſumpseris
E x illibata virgine:
O virgo formoſiſſima,
M ater dei puriſſima
A b hoſte tu nos protege,
E t mortis hora ſuſcipe:
Q uem virgo mater edidit
O rex tibi ſit gloria

C um patre et almo ſpiritu
P er ſæculorum ſæcula.

I ambicum.

Media noċte. O NOCTIS illuſtratio:
Quæ parturiſti ſplendidum
S olem, dearum maxima
T uis vacamus laudibus:
T u ſtella Iacob lucida:
Q uæ puritate candida,
E t omnibus virtutibus
I lluminaſti ſæculum.
T u Moſis arca myſtica:
Q uæ manna cœli contines:
Q uod ſi quis eſt non eſurit:
S ed viuit, et non deficit.
T u Gedeonis candidum
V ellus: quod imbrem ſuſcipis:
Q ui de ſupernis nubibus
M undum rigauit aridum.
T u glorioſa fœmina

I abel necaſti Siſaram:
T u clara Iudith amputas
A b Holoferne verticem:
T u virga Ieſſe florida:
T u virgo Dauid regia:
T u ſponſa quę mundiſſimo
C hriſtum tuliſti viſcere.
Q uem virgo mater edidit
O rex tibi ſit gloria
C um patre, et almo ſpiritu
P er ſæculorum ſæcula.

Iambicum:

In aurora. O VERA ſummi luminis
A urora verum proferens
D iem, tuorum ſupplices
P reces clientum ſuſcipe.
T u Ciuitas tutiſſima,
T urriſque munitiſſima
A duerſus acres impetus
S uperbientis tartari.

Concluſus hortus vndiq;
Tu magna virgo virginum:
In quem dei tantummodo
Intrauit almus filius.
Signatus es tu fontium
Fons ille ſacratiſſimus:
De quo nec hauſit quiſpiam
Niſi redemptor omnium.
Tu funda Dauid inclyta:
De qua lapis duriſſimus
Exiuit, et fortiſſimo
Ictu peremit Goliath.
Columba formoſiſſima
Corruptionis neſcia
Tu, lilium de ſentibus
Odore fragrans optimo.
Quem virgo mater edidit
O rex tibi ſit gloria
Cum patre et almo ſpiritu
Per ſæculorum ſæcula.

Iambicum.

In ve= AVE ſuperna ianua:
ſpere. A ue beata ſemita:
S alus periclitantibus:
E t vrſa nauigantibus!
T u fluctuantis æquoris
I ucunda ſtella nauitis:
S ecunda cymba naufragis:
P ortusq; et aura remigi.
R egina tu: cui tempora
B iſſena cingunt sydera
A poſtolorum ſcilicet
D iffuſa prędicatio.
A micta ſole fulgido,
E t calciata candida
L una pedes, tu pręſides
T errę, polis, et æquori!
S ol Chriſtus eſt te veſtiens
D iuinitatis gloria:
E ſt luna mundus: qui tuis
P lantis vbiq; ſternitur.
C olumna noctis ignea,
E t nubis vmbra per diem

Es tu peregrinantibus
Per huius orbis ambitum:
Regina preſtantiſſima
Sacrarium puriſſimum
Tu trinitatis maximę,
Dux noſtra, princeps vnica.
O nympha candidiſſima:
O mater illuſtriſſima:
O virgo dignos effice
Nos eſſe ſummis ædibus:
Quem virgo mater edidit
O rex tibi ſit gloria
Cum patre et almo Spiritu
Per ſæculorum ſæcula.

In die feſto Caſimiri confeſſoris ex Regibus Polonię in primo veſpere Sapphicum.

LAETA iucundo reſonare cantu
Si decens vnq̃ fuit hora, nunc eſt:
Quum tuus viuis generoſus heros
Sarmata cœlo.

Roma, quę ſancto numero aggregabis
Iure persfectę probitatis illum
Plaudito: cuius decor ampliatur
Frigida ab arcto.

Terra, quę brumam patitur rigentem,
Et caret phœbi radio calente,
Sentit accenſum boream ſuperni
Sydere amoris.

Nempe, cui clarum genus, et propago
Regia, exurgens Caſimirus ignem,
Quo calet frigens aquilo miniſtrat
Aethere ab alto.

Ignis eſt virtus animoſa: per quam
Mens in authorem calefacta ſummum
Nil niſi mundam cupit: et beatam
Degere vitam.

Ille vix primam tetigit iuuentam:
Quum voluptates renuit caducas,
Et deum cœpit ſtudioſus omni
Quærere nixu.

Sit deo patri, genitoq; dulci,
Et paracleto imperium perenne:

Qui ſub æterna paritate, et vno
Numine regnant.

Sapphicum.

Media NOX ſilens horas tribuit quietas
noctę. Carmini, et ſacrę modulationi,
Ergo cantetur Caſimirus amplo
Stemmate cretus.
Regij q̄q̄ fuerint parentes,
Inclytum culmen tamen e ſupremis
Antea longe ducibus recepit
Litalianis.
Nanq; vulgari ſerie loquendi
Qui petiuerunt ea tecta clari
Nomen heroes Itali dedere
Gentibus illis.
Et licet quiſq̄ a ſitui frequentis
More contendat Lituaniamq;
Stare, nil obſtat: pia gens. et alta
Sanguine Romę eſt.
Hinc ortus quondam Caſimirus, vltro

Faſcibus ſpretis, opibusq; auitis
Clauſit excelſis meritis et almo
Funere vitam.
Precocem mortem intrepidus ſubire
Maluit, q̄ ſe maculare Luxu
Vnde victricem meruit referre
Aethere palmam.
Sit deo patri, genitoq; dulci
Et paracleto imperium perenne:
Qui ſub æterna paritate, et vno
Numine regnant.

Sapphicum.

In auro-ra. SVRGIT *auroræ nitor, et latentem*
Delium ſenſim manifeſtat: vt tu
Carne depoſta Caſimire celſum
Scandis olympum.
Concrepent dulces cytharæ, et ſonoræ
Fiſtulæ æquatis vicibus: choraules
Carmen adiungant, italusq; et omnis
Sarmata plaudat.

Omnis oblitus modo tu doloris
Magne vir cœlo frueris quieto,
Et ſupra mundum melioris auræ
Lumine gaudes.
Maior eſt longe tibi nunc corona,
Maior et ſceptri tibi cœlſitudo:
Quam ſupra terras dominando poſſes
Obtinuiſſe.
Sic potens es tu patriam tueri
Nunc tuam: ne gens inimica fines
Eius inuadat, generiq; noſtro
Inſidietur.
Sic potens es tu reſecare diras
Hereſum ſectas: quibus inuoluta
Magna pars huius populi obligatur
Ignibus atris.
Pelle de nobis Caſimire peſtem
Hanc tuis ergo precibus, trahendo
Ad pium Romæ gremium cateruas
Schiſmaticorum.
Sit deo patri, genitoq; dulci,
Et paracleto imperium, perenne:

Qui ſub æterna paritate, et vno
Numine regnant.

In ſecundo veſpere Sapphicum.

NOX redit terris abeunte phœbo,
Et tuis mandat Caſimire finem
Laudibus poni modo: nanq; feſſa
Carmine vox eſt.
Mira quę fiunt hodie frequenter
E tuis membris referunt quot annis
Qualibus præſtas meritis in alto
Culmine cœli.
Si tuum nomen petat et iuuamen
Redditur languens ſine ſpe, ſaluti:
Claudus incedit: videt impetrato
Lumine cœcus.
Surdus auditum recipit: loquelam
Mutus: arreptus ſtyge liberatur:
Mortui vitę (noua res et ingens)
Reſtituuntur.
Sic ſuum Chriſtus dedit eſſe notum

Vita perennis.

Vive iucunda, ac ſine fine gaude
Fauſta, tranquilla, modo glorioſa,
Et tuis fac nos precibus beatas
Viſere ſedes.
Te deus diuum celebrant coronę
Vnicum mundi columen ſub vna
Mente, Tu mira ratione trinus.
Semper, et vnus.

In die feſto Innocentium infantium Sapphicum.

In ve= *DIRA, crudelis, ſcelerata quid mens*
ſpere. *Regis Herodis meditata nunc es:*
Que tot infantes facis innocentes
Tradere ferro?
Betbleem triſti, laceroq; vultu
Filios luget: quibus eſt adempta
Vita, dum prima ſtatione lucis
Attigit ortus.
Vox et in Rhama ſtrepit: vlulatus
Atq; ploratus crepitant frequentes

Chara Rachelis ſuper intercempta
Pignora flentis.
Intonat crebris penetratus æther
Fletibus matrum: reſonant boatu
Plurimo montes, violentus intrat
Tecta miniſter.
De ſinu meſtę genitricis ille
Diripit natum, patris ille ab vlnis,
Et ſecat quidam, iugulat ue quidam,
Strangulat alter.
Paruula ad petram parietis alter
Tempora allidit tenerasq; frontes,
Ille conculcat pede, de feneſtra
Proijcit alter.
Spargitur paſſim cruor innocentis
Agminis tanq̃ fluuius per ædes,
Atq; per vicos, per agros, per alta
Compita circum.
Pallidi fratres, trepidę ſorores,
Liuidę matres, tremuli parentes,
Et domus orbę, et queruli nepotes
Vndiq; languent.

Crimine fœdi.
Tu doces ſanctę monumenta legis
Liberos, Chriſti recitare laudes
Efficis crebro, ſuperumq; mandas
Templa frequentent.
Tu deum puris precibus rogare
Deſinis nunq̃ recreas benigno
Pauperes vultu, hoſpitio, ciboq;
Tegmine, nummo.
Tu manu nullos fugiens labores
Nes, acu pingis, vigileſq; natas
Inſtruis tales agitare curas
Nocte, dieq;.
Coniugi firmam ſine fraude ſeruans
Tu fidem nullo maculata tactu
Extero, ſertum tibi caſtitatis
Conſeruiſti.
Martyrum claras ideo coronas
Tot tibi o mater merita attulerunt,
Teq; fecerunt ſuperare crudi
Bella tyranni.
Quando pro Chriſto decuit ſubire

B aptiſta et titulus candidus, et decor
O mnis munditię. ſummaq; totius
L egis compedibus ſtringitur, inſuper
T etro carcere truditur?
B aptiſta ingenuo ſanguine ſplendidus:
B aptiſta egregio corpore lucidus:
C ęlebs, et ſuperis charus ob inuidam
D ecollatur adulteram?
V ates fatidicus: doctor olympicus,
C œliq; empyrei lucifer aureus:
P recurſor domini, et frater ab impia
S altatrice peremptus eſt?
B aptiſta ætherei principis angelus:
V ox alte reſonans inuia per loca,
E t Chriſtum faciens indice cognitum
S icut victima cęditur?
B aptiſta ex vtero ſanctus, et angelis
P ar, maiorq; homine, et numine plurimū
H elię ſimilis, criminis inſcius
M orti traditur vt reus?
I uſtus perimitur nemoq; cogitat?
S ic interficitur qui caput abluit

R egis ſyderei doride myſtica
E t non eſt reuerentia?
H erodes nimiam ſcue tyrannidem
E xerces proprios tu modo filios
E t ciues perimis: tu modo maximum
V atem precipis opprimi.
O vos ſemidei flete quod hauſus eſt
I n veſtros facinus rex truculentior
C unctis et ſiculo vel Dionysio,
V el crudis naſamonibus.
C hari diſcipuli caput vt audiunt
T runcatum domino fletibus vndiqꝫ
S parſis exanimum corpus et auferunt,
E ſub marmore contegunt.
V irtus imperium gloria ſit tibi
O mundi ſpeculum lucida trinitas
I ndiuiſibili fœdere preſidens
S upra quemlibet orbium.:

De Cathedra et vinculis
P etri A poſtoli
Sapphicum.

H eu dies atrox: gemebunda: triſtis:
Q ua tot inſontes perimuntur, et quę
T ot patrum: matrum iuuenum, ſenumq́
P ectora ſtrauit.
F ecit hoc ingens amor imperandi,
A tq́ regnandi impatiens cupido:
Q ua laborabant truculenta ſęui
C orda tyranni.
Hi q́ ob chriſtum fuerint perempti,
L ucidas cœlo meruere ſedes
P aruuli, et ſędas roſeo abluerunt
S anguine mentes:
H os velut flores veniens pruina
C oxit, et gratum ſuperis odorem
R eddere efficit, meritoq́ ſummis
C ondidit aſtris.
E rgo vos almi pueri fauete
C armini noſtro, precibusq́ veſtris
N os polo dignos facite, et beatam
D ucite vitam.
V irgines omni macula carentes
E ſtis in tuta et ſtabili quiete,

PETRE *diuinę ditionis ingens*
Adminiſtrator poſitus fuiſti:
Vt ſupra terras animas ligare, et
Soluere poſſes.
Tu ſupra fratres reliquos beatus
Dictus a Chriſto quia credidiſti
Primus. Hinc claues tibi ſunt tributę
Aetheris omnis.
Petre tu cuſtos gregis, et ſacerdos
Maximus, princeps, pater, et latinę
Gentis antiſtes, ſimul et ſupernę
Ianitor aulę.
Magne piſcator domino iubente
Ambulas ſiccis pedibus per vndas,
Ducis ad tuta intrepidus per altum
Littora puppim.
Cœlico iuſſu geminas catenas
Rumpis, euadis tenebroſa tecta
Carceris, paſcis pecudes, et agnos
Pignora Chriſti.
Te ſuper cęlſa cathedra ſedere
Cæteri fratres faciunt, tibiq;

P ræſulum primo capiti perenni
O rdine parent.
P rædicas, ſcribis, minime paueſcis
T u tyrannorum metuenda iuſſa,
L anguidos reddit tua ſoſpitati
V mbra repente.
P oſt adis Romam, tituloſq; primos
H ic locas noſtræ fidei, et ſupremum
C ulmen, hic ſedem ſtatuis perennem
R elligionis.
P etre tu cœlum reſeras, et vt vis
C laudis, abſoluiſq; ligaſq; mentes
A rbiter mundi, innocuiq; magnus
P aſtor ouilis.
P aulus accedens latias ad oras
T e petit: tecum ſociatus vna
N unciat Chriſtum dominum, deumq;
E ſſe colendum.
I d Nero Cæſar tolerare nolens
T e mala iuſſit cruce colligatum
F uneri tradi, rigidamq; valde
S umere mortem.

Hinc ſuper terram tibi comparaſti
Nomen æternum, ſuper aſtra palmam,
Atq; fœlicem ſine fine vitam
Numen adeptus.
Petre ſic nobis precibus beatis
Semper aſpira, faueas, adeſto;
Et tuam a cunctis agilem periclis
Protege cymbam.
Trinitas alto recolenda verſu:
Quæ ſub æterna regis vnitate
Sæcla, te lætis celebramus odis
Omnipotentem.

In conuerſione et commemoratione
Pauli Apoſtoli Sapphicum.

DOCTOR inſigni redimite ſerto
Paule, qui geſtas gladium nitentem,
Quo fidem ſemper tueare, noſtros
Accipe verſus.
Hæc die dum tu inſequerere Chriſti
Membra vicinum repetens Damaſcum

Voce cœleſti, ſubitaq; luce
Sterneris anceps.
Chriſtus obiurgans tua facta texit
Lumina ingenti tibi cæcitate,
Atq; monſtrauit ſuper aſtra rapto
Abdita mundi.
Vas ſacrum, electum, ſibi te dicauit:
Te docet iuſſus pius Ananias
Quanta pro Chriſto patereris, et te
Lumine donat.
De lupo factus velut agnus intras
Mox tuę gentis dubias cateruas,
Et doces Chriſtum populi ſalutem
Eſſe, deumq;.
Circuis terras ſtrenue fatendo
Hanc fidem, et reges nihil expaueſcens,
Carceres temnis, lapides, flagella,
Vincula, mortes.
Paule tu Petrum cupiens videre
Cæſarem appellas, petis ire Romam:
Quo catenatus traheris per altum,
Atq; per vrbes.

Subditus tranas varijs periclis
Aequor externę peragrando linguę
Inſulas: ter ſub pelagi fuiſti
Naufragus vndis.

Gentium tranſis peregrina regna,
Prædicas, ſcribis patrias per omnes
Tu nouę legis documenta: per quę
Itur in aſtra.

Paule dum Romę poſitus doceres
Sancta de Chriſto monumenta, plecti
Te Nero Cæſar gladio cruento
Vertice iuſſit.

Tres tuum ſaltus caput amputatum
Fecit, et trinos ſaliendo fontes:
Quos adhuc omnes tenui ſuſuro
Currere cernunt.

Iam tui fructum recipis laboris
Paule, tu palmę poteris triumpho
Inter excęlſos ſeraphin honores
Culmen adeptus.

Paule tu noſtris precibus faueto,
Sicut et nos te colimus canendo:

Cumque cedemus moriendo membris
Suſcipe mentem.
Paule te firmum columen precamur
Præſul adſiſtas, pater, et magiſter
Rebus in noſtris, Stygioque ab orco
Protege ſemper.
Paule cum Petro comes et ſodalis
Mortis et vitę duo magna Romę
Ambo vos eſtis, duo magna vaſti
Sydera mundi.
Orbis ingentis ſpeculator ingens
Trine perſonis deus, vnitate
Simplici ſimplex tua confitemur
Numina ſemper.

In die feſto Agnetis virginis et martyris
Iambicum.

AGNES beata ſuſcipe
Hac luce noſtra carmina:
Qua tu perenni gloria
Trucem tyrannum ſubiugas.

T u caſtitate candidum
D eo obtuliſti lilium,
D eo rubentem tu roſam
F uſo dicaſti ſanguine.
V os canditate virgines,
E t purpuratę martyres
H uius puellę nobilis
T rophæa ſacra pangite:
S cholas vt illa viſitat
P refecti iniqui filius
In virginem pulcherrimam
A more cæco carpitur.
A nnixus eſt connubia
A gnetis ille conſequi:
Q uod chriſtiana fortiter
P uella prorſus abnuit.
P ræfectus et blanditijs,
E t pluribus donarijs
C onatur ipſam virginem
I n vota nati flectere.
C onatur et terroribus,
C rebriſq; minis cogere:

Vt vulnerati pectoris
Amoribus conſentiat:
At virgo conſtantiſſima
Nec concuti pauoribus
Poteſt, nec vllo munere
Flecti, moueri, pertrahi.
Iratus in tenerrimam
Iudex puellam opponere
Cepit, ꝙ illa degeret
Sub Chriſtianis legibus.
Ob id tyrannus impius
Vt virgo ſe ſummitteret
Iuſſit nephandis ritibus
Chriſti negato numine.
Deos prophanos execrans
Recuſet Agnes inclyta
Id, veritatem prędicat,
Se chriſtianam clamitat.
Tunc applicatur ignibus
Ardentibus iuuencula:
Sed maximo miraculo
Hæc flamma mox extinguitur.

A t lictor atrociſſimus
V ibrauit enſem frigidum,
E t amputauit lacteum
C aput puellę protinus:
E miſit illa ſpiritum:
Q ui viſus eſt per æthera
S tipatus almis mentibus
C œli potiri regia:
A gnes decora plaudito
I nter choreas virginum
I ucunda, noſq; protege
A b omnibus periculis.
V t calle mundo ſubdoli
C ommenta ſpurca dęmonis
T u pręteriſti, ſic laua
N os ab omni contagio.
D a magne mundi conditor
N os eſſe cœli compotes:
Q ui trinus es ſub vnius
S ubſtantię æquo fœdere.

F I N I S.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S

Omnes ſunt Quaterni preter. A B C S. qui ſunt Duerni.

Impreſſum hoc diuinum Opus Romę in ædibus Ludouici Vicentini et Lautitij Peruſini, non ſine Priuilegio. Kal. Febru. M.D.XXV.

2.50